DE NOMINIBUS

QUAE GRAECI PECUDIBUS DOMESTICIS INDIDERUNT.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE ALBERTINA

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

DIE XXVII MENSIS JUNII MDCCCLXXXV

HORA XII

UNA CUM THESIBUS ADIECTIS

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

FRIDERICUS JESCHONNEK

BIALLENSIS.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT:

PAULUS HIRSCH, DR. PHIL.

OTTO SCHOENDOERFFER, DRD. PHIL.

REGIMONTI.

EX OFFICINA HARTUNGIANA.

MDCCCLXXXV.

ARTHURO LUDWICH

SACRUM.

In pecudum domesticarum nominibus propriis Graecis primum locum obtinent nomina canum et equorum. Ceterarum pecudum nominum perpauca, ut infra videbimus, nobis tradita sunt.

I. De canum nominibus.

„De canum nominibus Graecis" jam egit Elimarus Baecker dissertatione Regimontana 1884, quo tempore ego opusculum meum jam perfectum habebam. De Baeckeri dissertatione hic hoc tantum dicam, rationem, quam in ea iniit, mihi non rectam esse videri. Quibus locis mihi opus esse videbitur, singula attingam. Ceterum collectio ejus non est plena, cum undecim nomina in ea non reperiantur.

Collectionem canum nominum non satis plene perfectam Keilius in analectis epigraphicis instituit. — Nomina canum Actaeonis ab Ovidio commemorata breviter Pottius interpretatur (Kuhns Zeitschrift VI. p. 412 sqq.). — Thesaurus nominum propriorum a Papio et Benselero confectus non rejiciendus est, sed multa in eo desunt et canum et ceterarum pecudum nomina.

1. De canum apud Graecos conditione.

Ex omnibus, quae nobis de canibus per litteras tradita sunt et ex crebritate canum in monumentis Grae-

cis, quae nunc habemus, praecipue in vasis, cognosci potest, valde Graecos eorum amantes fuisse.[1])

Multas narratiunculas, in quibus canum consilium et fidelitas praedicantur, Plutarchus affert in opusculo, quod inscribitur: de sollertia animalium. Clarissimorum canum etiam nomina memoriae prodebantur, quorum Plutarchus nonnulla laudat. Pulcherrima narrationum a Plutarcho allatarum mihi quidem videtur esse de Xanthippi, Periclis patris, cane (Plut. Pericl. c. 10). „Qui triremem, qua dominus a continenti Salamina transvehebatur, natans secutus esse dicitur. Sed cum eo pervenisset, statim defessus exspirasse: cujus esse monumentum id, quod monstratur hac quoque memoria et appellatur *κυνὸς σῆμα.*“ Quodsi haec narratio et aliae, quae de canibus afferuntur, fortasse in fabularum numero habendae sunt, tamen ex iis cognosci potest, amantissimos Graecos canum fuisse. Alii quoque scriptores, ut Aelianus, per occasionem de claris canibus narrant, et apud Tzetzem quoque (chil. IV. 157 seqq. ed. Kiessling) canes nobiles et clara eorum facta enumerantur.[2])

Erat Graecorum mos, canibus, quos adamaverant, sepulcra cum elogiis statuere. Nonnulla talium epigrammatum inveniuntur in Kaibelii libro, qui inscribitur: Epigrammata Graeca ex lapidibus collecta: No. 329. 332. 625. 626. 627, quorum aliquot procedente opusculo pro-

---

1) Solon frgm. 23 (Bergk).
Ὄλβιος ᾧ παῖδές τε φίλοι καὶ μώνυχες ἵπποι
καὶ κύνες ἀργευταὶ καὶ ξένος ἀλλοδαπός.
cf. Plato Rep. 2, p, 376 A.
Theocr. XXV. 78 sqq.:
ὢ πόποι, οἷον τοῦτο θεοὶ ποίησαν ἄνακτες
θηρίον ἀνθρώποισι μετέμμεναι, ὡς ἐπιπειθές etc.

2) E. v. Keitz: Über Tierliebhaberei im Altertume Prgr. des Realprogymn von Duderstadt 1883. In hoc opusculo quantum Graeci canibus delectati sint, leviter tantum attingitur.

feram. Multa epigrammata sepulcralia in canes et in alias bestias in anthologia Graeca (VII. 189 seqq.) leguntur.

Pulchri et magni canes plurimo emebantur. Ut Alexander Magnus canem decem minis empsisse dicitur (Plut. Alex. 61), et Alcibiadi canem eius notum septuaginta minis emptum esse Plutarchus Alcib. 9 narrat. Erat sane „*θαυμαστὸς τὸ μέγεθος καὶ εἶδος.*“[1])

Suidas II. 769 demonstrat, quas ad res Graeci canibus usi sint, cum dicat: *τῶν γὰρ κυνῶν οἱ μὲν ἰχνευταί· οἱ δὲ ὁμόσε τοῖς θηρίοις χωροῦσιν. οἱ δὲ ἐπὶ φυλακῇ τῶν κτημάτων οἰκουροὶ, οἱ δὲ ἐπὶ τέρψει, ὡς τὰ Μελιταῖα κυνίδια.* Iam apud Graecos igitur, ut apud nos, canis comes assiduus et necessarius adjutor hominis erat, et venantis et greges pascentis. Canis hominis tecta moeniaque custodiebat et servabat, sed non raro quoque voluptatis modo causa alebatur.[2])

2. De canum nominum traditione.

Duo sunt genera canum nominum nobis traditorum: nomina per inscriptiones et nomina libris tradita.

a) Nomina per inscriptiones tradita. In lapidibus incisa non multa nomina inveniuntur: *Φιλοκύνηγος*, *Θεία*. *Παρθενόπη* in epigrammatis sepulcralibus, tum *Δρόμος* et *Ὕλαξ* in inscriptione Latina. *Χρυσίς* et *Αὔρα* (C. J. G. 7285) in sarcophago tradita sunt. *Φίλη* (C. J. G. 7286) est in gemma.

In duobus tantum vasis, atque iis figuris nigris ornatis canum nomina inscripta sunt, in vase quod „Fran-

1) Illis temporibus equus Athenis duodecim minis emebatu (Aristoph. nub. 22 sq.).

2) Graecis permulta canum genera nota erant, sic Pollux V. 37 sqq.: *κύνες Μολοττικαί, Ὑρκαναί (ἐκ κυνῶν καὶ λεόντων), Λάκαιναι (ἐξ ἀλώπεκος καὶ κυνὸς τὸ ἀρχαῖον γεννηθεῖσαι), Ἰνδικαί (ἐκ τοῦ τίγριος καὶ κυνὸς, οὐκ εὐθὺς δὲ, ἀλλ' ἐπὶ τρίτης μίξεως), Λοκρίδες, Κελτικαί, Ἀργυλίδες κ. τ. λ.* Oppianus quoque et Gratius multa canum genera nominant.

çois-Vase" appellatur (C. J. G. 8185a) et in eo, quod dicitur „Tazza di Glaukytes ed Archicles" (C. J. G. 8139). In utroque venatio apri Calydonii depicta est et in hoc sex, in illo septem nomina reperiuntur. — Canis nomen Ἀκρίς (C. J. G. 6332) in urna cineraria quadrata supra Tuscum reperta legi dicitur (Ἀκρίδι κυναρίῳ).[1])

b) Longe major pars canum nominum igitur per litteras nobis tradita est, atque maxime scriptorum respiciendi sunt Xenophon, Ovidius, Hyginus. Xenophon in cyneget. V. 7 multa canum nomina affert, quae canibus venaticis aptissima esse dicit. Praecipit, ut canibus venaticis praecisa nomina dentur: τὰ δ'ὀνόματ'αὐταῖς τίθεσθαι βραχέα, ἵνα εὐανάκλητα ᾖ. — Xenophontem sequitur Oppianus, cum dicat (Cyneg. I. 443 sqq.).

αὐτὰρ νηπιάχοισιν ἐπ' οὐνόματα σκυλάκεσσι
βαιὰ τίθει, θοὰ πάντα, θοὴν ἵνα βάξιν ἀκούῃ. —

Columella quoque dicit (VII. 12): Nominibus autem non longissimis appellandi sunt (sc. canes venatici), quo celerius quisque vocatus exaudiat, nec tamen brevioribus quam quae duabus syllabis enuntientur.

Ovidius (metam. III. v. 206 sqq.) multa canum

---

1) De canum et equorum nominibus in vasis inscriptis idem valet, quod Jahn. in libro, quod „Vasensammlung" inscribitur pag. CXVII de hominum nominibus dicit: „Der Maler bezeichnete bei mytholog. Darstellungen in dem Bestreben, jede einzelne Figur zu benennen, diejenigen, welche nicht in der Sage überliefert waren, mit einem erfundenen Namen. Allerdings können wir nicht mehr entscheiden, ob in solchen Fällen der Maler nicht seinen Namen einem Dichter oder Sagenerzähler entlehnt hat, die sich in demselben Bestreben bei ausführlicher Darstellung einer einfach überlieferten Sage durch Individualisierung der Motive und Personen ihrer Erfindung nicht scheuten, auch Namen zu erfinden," et p. CXX: „Die Namen sind oft mit absichtlicher Beziehung auf die dargestellte Situation gewählt, so Εὔβολος für einen Bogenschützen" etc. Ita canis quoque, qui in aprum insiluit (C. J. G. 8185a) Μαρψίας nominatur, et equornm nomina saepe ex Homero petuntur rei depictae ratione non habita.

Actaeonis nomina affert, et apud Hyginum in capite 181 „Diana“ inscripto (ed. M. Schmidt p. 37) index nominum canum Actaeonis est, quo et nomina, quae Ovidius affert, et alia continentur. Multa quidem nomina, inprimis in Hygino, corrupta sunt, ut saepe difficillimum sit, vera cognoscere. — Praeterea non negligendi sunt nonnulli alii scriptores Graeci, ut Arrianus, Aelianus. — Tum etiam nonnulla Actaeonis canum nomina sunt in Apollodori bibliotheca III. 4. 4, eadem in fragmentis lyricis adespotis (Nr. 39, ed. Bergk). Ne postea explicationem intermittam, totum locum hic tractabo. Bergk. de hoc loco disseruit in ephemeride quoque, quae inscribitur „Zeitschrift für die Alterthumswissenschaft“ 1851, p. 401 sqq. Hos versus Stesichoro tribuit, qui secundum Paus. IV. 2, 3 fabulam, quae de Actaeone est, tractaverit, et lyricos esse contendit, M. Schmidt contra in museo Rhenano VI. 404 sqq. versus heroicos restituit.

Versus hi sunt:

οἱ δέ νυ καλὸν
σῶμα περισταδὸν ἠΰτε θηρός,
τοῖδ' ἀάσαντο κύνες κρατεροί · πέλας
αρκεναπρώτα. μετὰ ταύταν δ' ἄλκιμα τέκνα
Λυγκευς καὶ βανος πόδας αἰνετός
ἠδ' Ἀμάρυνθος.
καὶ τότ' Ἀκταίονα κτεῖναν Διὸς ἐννεσίαισιν,
πρῶτος γὰρ μελαν απο σφετέροιο ἄνακτος
παρτος τω αργος τε Βορης τ' αἰψηροκελευθος.
οἱ δ' Ἀκταίωνος πρῶτοι φάγον, αἷμα δ' ἔλαψαν.

Versus, ut sunt apud Bergkium, nomina, ut in codicibus tradita sunt, scripsi.

Primum nomen (v. 4) est *αρκενα*. Scaliger. *Ἅρπυια* emendat, Bergk. *Ἄλκαινα.* Hic in schol. Il. X. 29 nititur: *οἱ κύνες ὀνομάζονται πολλάκις μετὰ τῶν κτητόρων, οἷον Κέρβερος Ἅιδου, Ὄρθρος Γηρυόνου, Ἄλκαινα Ἀκταίωνος.* Cum Keilio (analecta epigraph. p. 188) suspicor, in schol.

falso Ἄλκαινα pro Λάκαινα scriptum esse aut legi, cum neque in Ovidio, neque in Hygino Ἄλκαινα canis Actaeonis nominetur. Λάκαινα contra in Hygini indice canum Actaeonis enumeratur. Lobeck. Proll. Path. p. 35 contra Ἄλκαινα servat et cum nomine Alce (Ἄλκη) in Hygini indice comparat. — Cum M. Schmidtio Scaligeri emendationem probo, cum Harpyia et in Ovidii et in Hygini indice Actaenis canis sit, et in Ovidio, ut hoc loco, a duobus catulis comitetur (metam. III. 215: et natis comitata Harpyia duobus), ut mihi quidem non sit dubium, quin Ἅρπυια hic restituendum sit.

In versu sequenti Mitscherl. Βάλιος (Keil. Βαλίος) pro βανος emendavit.

Pro Ἀμάρυνθος (v. 6) M. Schmidtius Ἀμαρυγκεύς (ab ἀμαρύσσειν splendere, fulgere) scribit. Nititur in Hesychio: Ἀμαρυγκέα, ὄνομα κύριον, ubi κυνός vel κύνειον pro κύριον emendare vult. Benseler Ἀμάρυνθος „Strehle" interpretatur, ab ἀμαρύσσειν igitur ducit. Sed quomodo ab ἀμαρύσσειν fingi potest Ἀμάρυνθος? — Strabo X. 428: Ἄρτεμις Ἀμαρυνθία (Paus. I. 31. 5 Ἀμαρυσία, cf. Liv. XXXV. 38) commemoratur. Fortasse canis nomen cum hoc Dianae, venationis tutricis, epitheto cohaeret. Bergkius suspicatur, in Steph. Byz. sub Ἀμάρυνθος · νῆσος Εὐβοίας, ἀπό τινος κυνηγοῦ τῆς Ἀρτέμιδος Ἀμαρύνθου pro κυνηγοῦ scribendum esse κυνός. Certe mea quidem sententia neque Schmidtii neque Bergkii conjectura opus est. Apud Hyginum Omelympos ex hoc nomine corruptum esse Schmidt. existimat.

v. 8: πρῶτος γὰρ μελαν απο σφετέροιο ἄνακτος. Scaliger. emendat:

πρῶτοι γὰρ μέλαν αἷμα πίον σφετ. ἄνακτος.

Bergkius pro μελαν απο scribit: Μέλαμπος. Scaligeri emendationem non rejicerem, nisi ex Ovidio apparere mihi videretur, μελαν απο corruptum esse ex canis nomine Μελαγχαίτης. Est enim Ovid. metam. III. 232 sq.

Prima Melanchaetes in tergo vulnera fecit,
Proxima Theridamas . . .

Ut versum heroicum restituam, particulam ῥα post γάρ addo, versum igitur ita lego: πρῶτος γάρ ῥα Μελαγχαίτης σφετ. ἀν.

Ab Ovidio igitur et in fragmento canis nominatur, qui primus in Actaeonem impetum fecisse dicitur. Iam supra Ἅρπυια eadem conditione, qua apud Ovidium Harpyia nominabatur, legendum esse demonstravi (Ἅρπυια πρώτα, μετὰ ταύταν δ' ἄλκιμα τέκνα, Λυγκεὺς και Βαλίος πόδας αἰνετός et — et natis comitata Harpyia duobus), ut non dubitem, quin Ovidii narrationis cum hoc fragmento aliqua sit cohaerentia.

In v. 9 est: παρτος τω αργος τε . . .

Quod alius alio modo eme: dare vult: Scaliger.: Σπαρτός τ' οὖν Ἄργος τε . . . Heynius: Σπαρτός τ' Οὔραγρός τε . . M. Schmidt.: Περκαστώ τ' Ἄργος τε . . Düntzer.: Παρδαλέων ἀργός τε . . Bergkius: Πᾶγος τ' Ὅμαργός τε . .

Non meum est, hanc conjecturarum plerumque temerariarum copiam etiam augere. Si primum verbum re vera canis nomen est, quod in dubium voco, Scaligeri conjectura probanda mihi videtur. Bergkius in Herodiano nititur (I. 141. 15, ed. Lentz): τὸ Ὅμαργος σύνθετον ἀπὸ τοῦ ὁμοῦ καὶ τοῦ ἀργός. ἔστι δὲ ὄνομα κυνός. (Ceterum apud Herodianum II. 258. (Arcad. 47. 18) est Ὄμαργος cum spiritu leni, qui, si nominis interpretatio ex ὁμοῦ καὶ ἀργός recta est, in spiritum asperum commutandus est.) Sed cum Ὅμαργος scriberet, τ ante hoc nomen in θ ei commutandum erat, quod neque in anthologia, neque in ephemeride, quam supra nominavi, fecit. Mihi quidem Ἄργος non commutandum esse videtur. Fortasse in nomine Argo (Ἀργώ) Hygini indicis in exitu s omissum est, ut illic quoque hoc nomen sit. Quod Bergkius nomen Ὅμαργος affert, non necesse est, hoc nomen canis Actaeonis esse.

3. Quam rationem secuti Graeci canibus nomina indiderint.

Plurimum nobis a veteribus traditum est de canibus, qui ad venationem adhibebantur, quod non mirum est, quoniam Xenophon, Arrianus alii de venatione et de canibus, qui ad eam maxime idonei essent, scripserunt, de aliis contra canibus perpauca per occasionem narrantur. Itaqne nomina quoque nobis tradita plerumque sunt canum venaticorum, ut omnia apud Xenophontem, Arrianum, Ovidium, Hyginum. Sed non omnia nomina canum venaticorum ad venationem aut ad singulas eius partes spectant. Immo vero, plerumque cognosci non potest, nomina esse canum venaticorum, sed ab aliis rebus ducta sunt. Idem valet de nominibus aliorum canum: catenariorum, pastoralium, eorum qui in deliciis habebantur.

Sed iam aggrediamur ad ea nomina quae omnino ad venationem spectant: *Φιλοκύνηγος* in inscriptione Pergami inventa, cf. Le Bas: Revue de la philol. I. 235 = Kaibel l. c. Nr. 332. Epigrammatis haec sunt verba:

Οὔνομα Φιλοκύνηγος ἐμοί · τοῖος γὰρ ὑπάρχων
θηρσὶν ἐπὶ φοβεροῖς κραιπνὸν ἔθηκα πόδα.

Theron (*Θήρων*) Ovid. Hyg. Nomen a *θηράω* ductum est.

Θηρώ C. J. G. 8139 = Jahn. vasorum collectio 333 = Monumenti inediti dell' instituto archeologico IV., tab. LIX. = Gerhard: Auserlesene Vasenbilder III., t. 235, p. 156 in patera fig. nigr., nunc in pinacotheca Monacensi, quae „Tazza di Glaukytes ed Archicles" nominatur. Praeter hoc nomen ea canum nomina in hac patera inveniuntur: *Γόργος*, *Χάρων*, *Ποδῆς*, *Λεύκιος*, *Πόδαργος*. Gerh. dubitat, num forma *Θηρώ* recta sit, sed sine causa, neque enim fictio est falsa. — Agre (*Ἄγρη*) Ovid. Hyg. Nomen ab *ἀγρεῖν* venari ductum est, ut *Σύαγρος*, *Θήραγρος*.

Crebriora sunt nomina a singulis venationis partibus: ab odoratu, conspectu, insectatione, comprehensione, caede

bestiarum repetita: Aeon (Ἀΐων) Hyg. Ab ἀΐειν audire, excipere. Nomen igitur ad feras odorandas pertinet.

Harpalus (Ἅρπαλος) Ov. Hyg. Pollux V. 60 dicit, esse bonorum canum „οἵους εἶναι ἁρπάζειν τὰ πνεύματα". πνεῦμα in venatorum sermone est „odoratus" ferarum. Quae significatio huic nomini interposita esse videtur. Sed de celeritate quoque vel de celeri bestiarum comprehensione licet cogites. Ἅρπαλος nomen quoque est viri et Cariae fluminis. Docet Hesychius: διὰ τὸ ὀξύτατον τοῦ ῥοῦ καὶ ὅτι ἁρπάζει τοὺς παριόντας αὐτῷ.

Λεύσων Xenoph. de ven. VII. 5. λεύσσειν est videre, conspicere. Nomen igitur a conspectu ferarum repetitum est. Georg. Choerobosc. I. 76. 28: Λεύσων, Λεύσονος· ὄνομα δὲ τοῦτο κυνός.

Στίβων Xen. Theognost. can. p. 33. 22. — Oppian. cyn. I. 462: στιβεὺς κύων, i. e. qui vestigium sequitur, canis investigator, et 477 dicit: Ἀγασσεὺς στιβίῃ πανάριστος. στίβειν est altera forma pro στείβειν Xen. anab. I. 19. 13. Si hic quoque haec altera forma interposita est, Στίβων est participii loco. Sed fortasse ductum est de στιβ (cum suffixo ων), ut στιβ-εύς, στιβ-εία.

Ichnobates (Ἰχνοβάτης) Ov. Hyg. „qui vestigium sequitur". — Ichneus (Ἰχνεύς) Hyg. Hoc nomen a Buntio restitutum est ex Echnobas, quod fortasse ex nomine praeeunte Ichnobates ortum est. Emendatio recta esse potest, sed alias quoque conjecturas facere licet, ut Ichneutes (Pollux V. 10: ἰχνευτὴς κύων). ἰχνεύειν est investigare.

Theriope (Θηριόπη) Hyg. „Feras conspiciens". Nomen fictum est ex substantivo θηρίον et syllaba primitiva οπ.

Μεθέπων C. J. G. 8185a. In vase Attico sexti fere saeculi a. Chr. n., quod vocatur „François-Vase" et in quo, ut in eo, quod supra commemoravimus, venatio apri Calydonii depicta est. In eodem vase leguntur nomina Μαρψίας, Λάβρος, Ὅρμενος, Εὔοδος, Βόραξ, Ἐαέρτης(?). —

Μαρψίας C. J. G. 8185a. Hoc nomen non est

certum. Cognosci possunt litterae ᑲ·· *ΦΡΑΜ*. Rectane sit restitutio J. Franzii in *Μαρψίας*, non liquet. Certe autem melius quidquam inveniri non potest. *μάρπτειν* est capere. Nomen fictum est cum suffixo *ίας*, ut *Ἀλεξίας*, *Βλεψίας*. Canis, qui in aprum insiluit, ita nominatur, nomen igitur aptissimum est.

Τεύχων Xen. *τεύχειν* idem significat, quod *τυγχάνειν*. Nominis significatio igitur est „cui fortuna favet," i. e. qui saepe in feram incidit. — *Σύαγρος* Sophocl. apud Athenaeum IX. 401, d. „Qui apros venatur vel capit."

Theridamas (*Θηριδάμας*) Ov. Hyg. Compositum est ex *θήρ* et *δαμάω* („feras superans").

Theriphone (*Θηριφόνη*) Hyg. „Feras necans".

Nebrophonos (*Νεβροφόνος*) Ov. Hyg. „Cervos necans".

Βόννα Arrian. cyneg. 18. 1. Benseler dicit, *Βόννα* esse idem quod „*φῶνα*" et „Bello" interpretatur. Nomen Macedonice dictum est. Ego non a *φωνή* nomen duco, sed a *φόνος*. Ex *φόνος* fit *βόνος* (fem. *βόνα*). De *Β* pro *Φ* a Macedonibus dicto cf. Herodian. (ed. Lentz.) II. 379. 16, I. 316. 29. E. M. 195. 37. *ν* littera duplicata est, ut prior nominis syllaba confirmaretur, v. *Σάννος*.

Καίνων Xen. *καίνειν* est necare. — *Ἁρπόλυκος* Frgm. lyr. adest. 37 A (Bergk.) Hygin. Bergkius hoc fragmentum Stesichori esse suspicatur. Nominis significatio est: „qui lupis praedam eripit." Non consentio cum Benselero, qui nomen interpretatur: „qui rapide currit, ut lupus." Forma usitata est *Ἁρπάλυκος* cum *α* in secunda syllaba, *Ἁρπόλυκος* Dorice dictum.

Saepissime canibus nomina a celeritate ducta imponebantur, atque ea aut simplicia, ut:

Θέων Ael. De n. a. XI. 13. Daphnidis canis.

Σπέρχων Xen. — A *σπέρχειν* propellere, propulsare. Georg. Choerobosc. I. 77. 34: *Σπέρχων, Σπέρχωνος . ὄνομα κυνός*.

Ἀκάμας (Acamas) Hyg. „Indefessus".

Labros (*Λάβρος*) Ov. Hyg. — C. J. G. 8185a. — *λάβρος* est vehemens, vehementus et praecipue de vento et equis dicitur. Theognost. can. 988: *ἵπποι φέρουσι λάβρως ἄνακτα.* — Sed *λάβρος* est edax quoque, ut *λαβροφάγος,* quae significatio non minus apta est.

Ὄρμενος C. J. G. 8185a. — Pottius I. 239 nomen proprium *Ὄρμενος* (est viri quoque nomen) ab radice *ορ* verbi *ὄρνυμι* ducit et „kriegerisch erregt" interpretatur. Mihi nomen ad celeritatem spectare videtur. Est part. perf. verbi *ὄρνυμαι.*

Ὁρμή Xen. — Arrian. V. 6. XVIII. 1. — *ὁρμή* est impetus. Nomen igitur ad celeritatem pertinet. Arrianus narrat, Xenophontis canem ita nominatum fuisse.

Σπουδή Xen. — *Τύρβας* Xen. A *τυρβάζειν* turbare.

Βαλίος frgm. lyr. adesp. 39, cf. supra p. 7. Diversae jam apud veteres erant interpretationes adjectivi *βαλιός.* E. M. 186. 29: *Βαλίος · ὄνομα τοῦ ἵππου τοῦ Ἀχιλλέως · σημαίνει δὲ καὶ τὸν ποικίλον. Εὐριπίδης βαλιὰν ἔλαφόν φησιν. ἢ φάλιός τις ὤν, ὁ λευκομέτωπος, καὶ ὁ λευκός.* — *Βαλιαί · αἱ ταχεῖαι παρὰ τὸ βάλλειν καὶ ταχέως φέρεσθαι τὸ βαλλόμενον. ἢ παρὰ τὸ πάλλεσθαι παρὰ τὸ τάχος. οἷον · Βαλιαῖς ἀσκαίρων ἁρπυίαις* etc.

Suidas: *βαλιάν · τὴν ἔλαφον, τὴν κατάστικτον, καὶ βαλιῶν ἀνέμων, τουτέστι σφοδρῶς πνεόντων, παρὰ Συνεσίῳ τῷ Κυρηναίῳ. καὶ αὖθις · Θηρεύων βαλιοὺς συνομήλικας ἐν νόμῳ ὕλης.* Hesychius: *Βαλιὰν ἔλαφον · κατάστικτον, ποικίλον, ταχύν.*

In E. M. igitur *βαλιός* versicolor, albus, albam frontem habens, celer interpretatur. Quomodo hae variae significationes explicari possunt? Recte *βαλιός* a verbo *βάλλειν* ducitur. *Βάλλειν* non raro currendi significationem habet, ut Il. *Ψ* 462: *ἵπποι περὶ τέρμα βαλοῦσαι.* Et in vulgari sermone dicitur: *Βάλλ' ἐς κόρακας* (Aristoph. Vesp. 835;

Plut. 782), βάλλ' ἐς μακαρίαν (Plato Hipp. maj. 293a). Qua ex significatione verbi βάλλειν apparet, βαλιόν eum esse, qui vehementer se projiciat, celerem. — Quod in E. M. est: ἢ παρὰ τὸ πάλλεσθαι παρὰ τὸ τάχος ineptum est.

Significationi „maculosi coloris" adjectivi βαλιός alia verbi βάλλειν significatio supposita est. βάλλειν est enim quoque spargere, itaque βαλιός maculis sparsus, quod nos dicimus „gesprenkelt". — Restat, ut demonstrem, quomodo βαλιός esse possit λευκομέτωπος et λευκός. Schol. Theocr. VIII. 26: ὁ κύων ὁ φαλαρός, ὁ λευκός. καὶ Ὅμηρος κύματα φαληριόωντα λέγει τὰ λευκαινόμενα. τὸ φαλιὸν δὲ καὶ βαλιὸν λέγουσιν ἐπὶ τῶν ἐχόντων τὸ λευκὸν ἐν τῷ μετώπῳ. Hoc scholio nititur Lobeck proll. pathol. p. 265: „A φαλός, quod hodie non legitur, φαληρός, φάλιος et βάλιος ὁ ἔχων τὸ λευκὸν ἐν τῷ μετώπῳ. Saepe epitheta generalia catexochen de parte accipiuntur." Errat Lobeckius, cum contendat, βαλιός fieri posse ex φαλιός. Macedones tantum β pro φ, ut supra sub Βόννα vidimus, dicunt. βαλιός autem non est verbum Macedonicum. — Alia ratione explicabo, quomodo βαλιός esse possit λευκομέτωπος.

Ut Lobeck. dicit, saepe epitheta generalia de parte accipiuntur. Si igitur „Βαλιός maculis sparsus" de fronte accipio, frontem albam esse dico, nam rufae modo vel nigrae bestiae albas habent frontes, et maculi rufae bestiae vel nigrae sunt plerumque albi.

Βαλιόν esse λευκόν in E. M. modo est, Hesychius et Suidas non testantur. Fortasse igitur non recte E. M. tradit, aut λευκός idem est quod λευκομέτωπος.

Sed ad nostrum canis nomen redeamus. Ex epitheto πόδας αἰνετός apparere mihi videtur, nomen huius canis ad celeritatem spectare.

Dromas (Δρομάς) Ov. Hyg. Benseler interpretatur „Trabert". Dromius (Δρομίος) Hyg. Dromos (Δρόμος) Orelli inscr. 4730. Eudromus (Εὔδρομος)

Hyg. Ocydromus (Ὠκύδρομος) Hyg. Ocydrome (Ὠκυδρόμη) Hyg. Thous (Θόος) Ov. Hyg. Ocythous (Ὠκύθοος) Hyg.

Ocypete (Ὠκυπέτη) cum M. Schmidtio scribendum est pro Ocypote apud Hyginum. Compositum est ex ὠκύς et πέτομαι.

Oxyroe (Ὀξυρρόη) Hyg. ῥεῖν saepe est se projicere, celeriter currere, ut omnino imagines fluendi et volandi ad celeritatem exprimendam non raro adhibentur.

Εὔοδος C. J. G. 8185a. Hoc nomen non est certum, cum litterae non omnes legi possint. Aut legendum est *ΕΒΟΔΟϟ* aut *ΕΒΟΛΟϟ*. *Υ* est omissum. *Εὔοδος* a celeritate ductum esse existimo, ut sit idem, quod *Εὔδρομος*. *Εὔβολος* contra est is, qui bene ferit, percutit, aut omnino beatus, ad ferarum capturam pertinens. cf. Opp. Hall. III. 71: εὔβολος ἄγρη.[1])

Pterelas (*Πτερέλας*) Ov. Hyg. Id nomen quoque a celeritate ductum est. Ovidius epitheton „pedibus utilis" addit. Benseler interpretatur „Hollmann, d. h. mit einem Federbusche auf dem Haupt". Nescio, quo spectet haec interpretatio. *Πτερέλας* Dorice dictum est pro *Πτερέλαος*. Nomen igitur compositum est ex πτερόν et λαός. Cani celeri hoc nomen indebatur significatione nominis λαός omnino non adhibita . λαος ut suffixum additum est, cum prior nominis pars majorem vim habeat. — Regis quoque cuiusdam Taphiorum nomen est.

Ἄργος Od. ρ. 272 sqq. Bergk. frgm. lyr. adesp. 39 (cf. supra p. 7). Apd. III. 4. 4. Aelian. de n. a. IV. 40. VII. 29. Vetera lexica testantur, ἀργόν esse λευκόν et ταχύ. G. Hermann. de primord. histor. Graec. 11 (opuscul. II. p. 202) nomen fabulosi Argi „Micuus" interpre-

---

1) Heydemann (III. Hallesches Winckelmanns-Prgr. p. 83) dicit, certo *Εὔβολος* legendum esse. *Υ* omissum est, ut in aliis huius vasis nominibus. — Weizsäcker (Rhein. Mus. N. F. 32, p. 28 sqq.) *Στ(ερο̣πος)* emendare conatus est.

tatur „ut ambiguitatem nominis servarem. Nam qui cognata vocabula comparaverit, communem omnium micandi significationem reperiet, quae nunc ad solam celeritatem, nunc etiam ad candorem translata est.“ Seiler. in lexico Homerico existimat, significationem celeritatis priorem esse, cum omnis motus splendorem efficiat. Non aliter esse *αἰόλον* alacre, sed etiam „*τεύχεα αἰόλα*“ dici posse (Il. *E*. 295) et *σάκος αἰόλον* (*H*. 222). Sed Buttmann. (lexilog. II. p. 75) his quoque locis *αἰόλον* „habile“ esse dicit. — Nitzsch. „Erklärende Anmerkungen zur Odyssee“ (II. 11: *ἅμα τῷγε κύνες πόδας ἀργοὶ ἕποντο*) hoc nomen tractavit et haec dicit: a) Ex Il. *Σ*. 578. *Ω*. 211, Od. *ρ*. 62. *υ*. 145 (*κύνες πόδας ἀργοί* et *ἀργίποδες κύνες*) cognoscimus, *ἀργόν* etiam solum (Il. *Α*. 10. *Σ*. 283) semper ad pedes canum pertinere. Quae argumentatio non justa esse mihi videtur, neque enim intellego, quamobrem *ἀργός* quater ad pedes pertinens aliis duobus quoque locis ad pedes canum referendum sit, non ad splendorem, quam significationem Nitzsch. *ο*. 161 (*ἀργὴ χήν*) et *Σ*. 30 (*ἀργοὶ βόες*) esse vult. b) *ἀργός* albus esse non potest, quod totum canum genus a tali casu fortuito nominari non potest. c) Ex Soph. Aj. 236 (*ἀργίποδες κριοί*) et Phan. epigr. V. 8 (*ἀργιπόδες χιμαρός*) cognosci potest, *ἀργίπους* esse „springfüssig“. Buttmann. ad hoc dicit, Sophoclis loquendi usum non cadere in Homerum. Sed ne apud Sophoclem quidem hanc significationem agnosco, sed „schnellfüssig“ interpretor.

H. Düntzer. „Homerische Etymologieen“ (Hoefers Zeitschr. II. 101) in hoc nomine tractando ad hunc exitum venit, apud Homerum esse *ἀργόν* epitheton celebrans, *κύνας ποδάργους* esse canes praeclaris pedibus praeditos. Ut Hermannus igitur universam significationem esse vult. Sed epitheton celebrans non omnibus locis apud Homerum aptum est: *ἀργικέραυνος* non ad prae-

clarum fulgur spectare potest. Itaque hoc dico, Hermannum hoc nomen recte interpretari. cf. Aristoph. av. 925, ubi de celeri pedum motu dicitur: *οἱάπερ ἵππων ἀμαρυγά*. Melius quidquam dici non potest, quoad de origine adjectivi *ἀργός* quidquam certi inveniri non possit. F. Bechtel „Assimilation und Dissimilation der beiden Zitterlaute in den ältesten Phasen des indogerm." p. 8: *ἀργός* = ig. arg = europ. rag, quod ad celeritatem spectat. Nomen canis Ulixis contractum esse mihi videtur ex nomine composito *Πόδαργος* vel *Ἀργίπους*, ut ad celeritatem pertineat.

Ἀργώ Hyg. cf. supra p. 7. *Ὄμαργος*, cf. supra p. 7. *Πόδαργος* nomen Daphnidis canis est Aelian. De n. a. XI. 13. Alius C. J. G. 8139, ubi male scriptum est *Πόδαρπος*.

Ποδῆς C. J. G. 8139. Viri quoque nomen est, ut Il. *P*. 575. Hoc nomine canis pedes laudantur. — *Στίχων* Xen. Nomen fictum est ab radice *στιχ* verbi *στείχειν*.

Hic nomina *Λόχος* et *Τάξις* quoque afferam, quae apud Xenophontem l. c. inveniuntur. Suspicor, his nominibus canes significari, qui canum gregi praesint, nam *Τάξις* nomen contractum est ex *Ταξιάρχης* et *Λόχος* ex *Λοχαγός*.

Aut ad nomina celeritatem exprimentia canibus imponenda alia celeria animalia adhibebantur.

Aello (*Ἀελλώ*). Ov. Hyg. Apud Hyginum nomen in Elion corruptum et ex Ovidio in Aello restitutum est. Apud Hesiodum (Theog. 267) A. est nomen harpyiae.

Harpyia (*Ἅρπυια*) Ov. met. III. 115. Hyg. Poll. V. 47.

Hic Dioxippe (*Διωξίππη*) quoque, quod nomen in canum indice apud Hyginum exstat, ponendum mihi videtur. Compositum est ex *διώκω* et *ἵππη*. Sic Amazon quoque vocatur. Masculina forma *Διώξιππος* saepius est viri nomen, necnon Martis cognomen.

Aut canum celeritas cum vento comparabatur:

Laelaps (*Λαῖλαψ*) Ov. Hyg. 181. 188. *λαῖλαψ* est tempestas sive vortex. Herodian. cum circumflexo scribit, in Choerobosc. I. 87 et Crameri anecd. Oxon. II. 387. 16 igitur falso est paroxytonon.

Αὖρα C. J. G. 7285 = Stephani Compte rendu 1863, p. 15: *Χρυσίς* et *Αὖρα* in sarcophago canum sunt nomina, eadem in gemma reperiuntur, quam ab imitatore quodam perfectam esse Stephanius demonstrat. In Hygini quoque indice Aura legitur, et Poll. V. 45 est canis Atalantes, quem aper Calydonius occidit.

Aut a certis ventis canes nominabantur, ut:

Boreas (*Βορέας*) Hyg. et *Βορῆς* Frgm. lyr. adesp. 39 (Apd. III. 4. 4). Ionice *Βορέης* dicitur et contractum *Βορῆς*. — Zephyrus (*Ζέφυρος*) Hyg.

Ab aliis quoque corporum virtutibus canes saepe nominabantur.

A robore haec nomina ducta sunt: *Ἄλκη* Xen. et Alce Ov. Hyg. *Ἄλκιμος* Aelian. l. c. „Validus". *Βία* Xen. *Ῥώμη* Xen. Navis quoque nomen est, cf. Boeckh. Staatshaush. III. p. 84 sqq. — *Στέρρος* Xen. Secundum Suidam *στερεός* sive *στερρός* est *ἰσχυρός*. — *Σθένων* Xen. *σθένειν* est validum esse. — Obrimus (*Ὄβριμος*) Hyg. „Ingens". — Machimos (*Μάχιμος*) Hyg. Bellicosus". — Dinomache (*Δεινομάχη*) Hyg.

Λάδων quoque canis nomen apud Ovidium et Hyginum, ad robur spectare videtur. Pott. l. c. suspicatur, canem a dracone nomen accepisse, qui Hesperides custodiebat (Apollon. Arg. IV. 1396 sqq. Pis. frgm. 16 (Dübner). *Λάδων* nomen quoque nonnullorum fluminum est.

Hic nomen *Ἀρείων* quoque ponam, quod est Hes. scut. 120. Nomen ab adjectivo *ἄρειος* (*ἀρήϊος*) ductum est et bellicosum aut validum canem significat.

A magnitudine et crassitudine: *Πόλυς* Xen. *πολύς* est ingens Aristoph. av. 488, equit. 760. *Πόλυς* viri quoque nomen est C. J. G. 3140. — *Παχύλος* (Pachylus)

Hyg. — Hoc nomen Muncker. ex corrupto „Pachitus“ restituit. παχυλός est crassus. — Urania (Οὐρανία) Hyg. Suspicor, hoc nomen metaphorice dictum esse de magnitudine et „Ingens“ interpretor.

Ab aetate et specie florenti: Ἥβα Xen. De feris hoc nomen dictum est Hesiod. Opera 436. — Θάλλων Xen. θάλλειν est florere. — Ἀνθεύς Xen. Nomen ab ἄνθος ductum est.

Ab animi quoque natura canibus nomina dabantur, ut a ferocia: Ὀργή Xen. „ὀργή“ de ferarum natura dicit Hesiodus Opera 306. — Θύμος Xen. — Ὕβρις Xen. Lob. paralipom. 41, not 2: „Ὕβρις canis nomen est .... fortasse a petulantia ductum, ut ὄνοι ὑβρίζοντες, nec dissimile andronymicis Πρᾶξις, Λύσις, Τίσις, Ἴσχυς.“ — Scriptores saepe nomine „ὕβρις“ utuntur, ut feritatem bestiarum significent.

Λήθαργος in anthologiae Palatinae epigrammate VII. 304, quod Pisandro tribuitur:

Ἀνδρὶ μὲν Ἱππαίμων ὄνομ' ἦν, ἵππῳ δὲ Πόδαργος
καὶ κυνὶ Λήθαργος καὶ θεράποντι Βάβης.

In codice est Θήραγρος et supra scriptum Λήθαργος. Jacobs. Θήραγρος servat, Bergkius contra et Duebnerus rejiciunt, quod apud Dion. Chrysostom. Or. 37. 121 et Poll. V. 46, qui idem epigramma afferunt, Λήθαργος legitur. Λήθαργος est obliviosus, subdolus. Zenob. IV. 90: προσσαίνων μὲν, λάθρα δὲ δάκνων. Hesych. λήθαργος· ἐπιλήσμων, ἐπίβουλος. καὶ κύων προσσαίνων μὲν, λάθρα δὲ δάκνων. Aliae formae pro λήθαργος sunt λάθαργος et λαίθαργος (ut Aristoph. equit. 1068). — Θήραγρος quoque (cf. Σύαγρος) nomen canis optissimum est.

Agriodus (Ἀγριόδους) Ov. Hyg. Benseler „Wildzahn“ interpretatur. — Agrius (Ἄγριος) Hyg. „Ferox“. — Pott. mytho-etymologica in Kuhnii Zeitschr. IX. p. 182 suspicatur, nomen Ἄγριος ab ἄγρα venatione ducendum esse. Sed non est, cur nomen ita interpretetur, cum

Ἄγριος contractum esse possit ex nomine composito Ἀγριό-θυμος aut ex simili compositione.

Πόρθων Xen. πορθεῖν est vastare. — *Κάππαρος* Plut. moral. 964F. Papius nomen a καταπείρειν ferire, affligere, ducit.

Haemon (*Αἵμων*) Hyg. αἵμων est idem, quod δαίμων, δαήμων, ut Il. *E*. 49, tum etiam cruentus (ab αἷμα), quae significatio hic praeferenda est. — *Φόναξ* Xen. „Caedis avidus".

A laetitia:

Γηθεύς Xen. γηθεῖν est χαίρειν. — *Χάρα* Xen. *Σ.'ννος* Aelian. l. c. Nomen ductum est a σαίνειν caudam movere. Hesych.: σάνουροι· ταῖς οὐραῖς σαίνοντες.

A consilio:

Γνώμη Xen. cf. Arrian VII. 1: ἡ γνώμη τῶν κυνῶν. — *Μήδας* Xen. A μήδομαι nomen ductum est. Nescio cur Keilius de hoc nomine dicat: „nisi fuit Μίδας." — *Νόης* Xen. A νοεῖν ductum. Benseler „Merk" interpretatur.

Ψύχη Xen. Fortasse id quoque nomen ad consilium spectat. cf. Xen. cyn. IV. 4: ὅταν (κύνες) περὶ αὐτὸν ὦσι τὸν λαγῶ, δῆλον ποιείτωσαν τῷ κυνηγέτῃ θᾶσσον φοιτῶσαι, μᾶλλον γνωρίζουσαι ἀπὸ τοῦ ἀληθῶς ἤδη αἰωρεῖσθαι τὴν ψυχήν. Fick „Die namenartigen Bildungen der griech. Spr." p. 197 hoc nomen a nomine *Εὔψυχος* ducit. Xen. cyn. VII. 8 de canibus „εὐψύχοις πρὸς τὸν δρόμον" dicit. cf. IV. 6 et IX. 1.

A furando ductum est per jocum apud Aristoph. vesp. 836. 895 canis nomen

Λάβης (a λαμβάνειν).

A vigilantia haec sunt nomina ducta:

Φύλαξ Xen. Hoc canis nomen ex lingua Graeca in nostram integrum transtulimus et canibus imponimus.

Φρούρα Xen.

Aut canes nominibus omnino laudantur.

Hic afferam Arethusa (Ἀρέθουσα) Hyg. In libris est Aretusa. Nomen participii loco esse videtur verbi ἀρέθω, quod altera forma verbi ἀρέσκω esse potest. cf. virorum nomina Ἀρέθων et Ἀρέθας. E. M. 138. 18. Ἀρέθουσα ἡ πηγή· παρὰ τὸ ἄρδω(?), τὸ ποτίζω, ἄρσω.

Θεία Kaibel l. c. Nr. 626 = Welcker. sylloge inscr. 102. „Divina, praeclara."

Multi canes a coloribus nominati sunt, atque iis aut a splendore pellium, ut:

Aethon (Αἴθων) Hyg. Nomen aut a splendido pellis colore repetitum est, aut est ardens, fervidus, ut Benseler interpretatur.

Αἰθήρ Xen. Hoc nomen quoque a splendido vel candido colore ductum videtur. Eur. Androm. 1229: λευκὴν αἰθέρα et Electr. 991: φλογερὰν αἰθέρ'.

Αὐγώ Xen. Ab αὐγή splendor. — Ἀκτίς Xen. Hoc nomen saepe servis et omnino feminis dabatur. Il. K. 547 de equis dicitur: αἰνῶς ἀκτίνεσσιν ἐοικότες ἠελίοιο. Hic igitur quoque splendor pellis cum solis radiis comparatur. — Lampus (Λάμπος) Hyg. — Λαμπάς Aelian l. c. Λάμπων Antip. Sidon. in anthol. Gr. IX. 417.

Stilbon (Στίλβων) Hyg. E. M. 791. 18: Φείδων ὄνομα κύριον, ὡς στίλβω Στίλβων, λάμπω Λάμπων. Il. Σ. 596 et aliis locis στίλβειν de pelle micante dicitur. Sed de oculorum quoque splendore dici potest, ut Oppian. cyn. I. 442: στίλβοιεν κυάνεαι ὀπωπαί, et Pollux V. 57: Ὄμματα μετέωρα, μέλανα, στίλβοντα. Στίλβουσα navis nomen est, cf. Boeckh. l. c. — Φλέγων Xen. Idem significat quod Αἴθων.

Aut a certis coloribus:

Melanchaetes (Μελαγχαίτης) Ov. Hyg. Cui nigri sunt villi. Pluto et Neptunus hoc nomine appellantur.

Melaneus (Μελανεύς) Ov. Hyg.

Asbolus (Ἄσβολος) Ov. Hyg. Ovidius epitheton

„atris villis“ nomini addit. ἄσβολος est fuligo. Grammatici testantur, ἄσβολον esse femininum. Lobeck. ad Phrynichum p. 113: Ἄσβολος θηλυκῶς λέγουσιν, Ἱππῶναξ δὲ ἀρσενικῶς. τινὲς δὲ καὶ τὴν ἀσβόλην. Alius grammaticus in Bekkeri anecd. p. 451: Ἄσβολος θηλυκῶς ἡ ἄσβολος, οὐ γὰρ ἀρσενικῶς ὁ ἄσβολος. Sed saepius apud scriptores masculini est generis.

Corax (Κόραξ) Hyg. Pollux V. 47. In codicibus Hygini est Borax. Dindorf. Corax restituit, quod nomen Poll. V. 47 „κατὰ Αἰσχύλου δόξαν“ canis Actaeonis esse docet; pro Coran contra in Hygini codicibus, ex quo alii Corax restitui voluerunt, Dind. Charon scribit, quod hoc quoque nomen apud Poll. V. 47 exstat. Non falso D. conjecisse mihi videtur. Canibus saepe aliarum bestiarum nomina data esse, infra cognoscemus.

Λεύκιος C. J. G. 8139. — Leucon (Λεύκων) Ov. Hyg.

Πύρρος Philostrat. ap. Plin. VIII. 61. Gelonis canis.

Πύρρων. Hesych.: Πύρρων ὄνομα κύριον ἡ κυνός.

Κίρρα Arrian. 18. 1. κιρρός est flavus et praecipue de vino dicitur, quod album nominamus. cf. Mnesith. ap. Athen. I. 32 d: Οἶνος μέλας, λευκός, κιρρός.

Leaena (Λέαινα) Hyg. Nomen a colore et simul fortasse a magnitudine, robore, figura omnino leoni simili repetitum est. — Οἰνάς Xen. Hoc nomen generis quoque columbarum ferarum erat et a colore uvarum maturescentium ductum est. — Στίκτη (Sticte) Ov. Hyg. στικτός est varius, maculosi coloris. Philostr. imag. II. 31 de pavone dicit et Opp. cyn. I. 306: ἵπποι στικτοπόδοι.

Tigris (Τίγρις) Ov. Hyg. A tigrino colore repetitum. Pollux V. 37 narrat, canes Indicos „ἐκ τοῦ τίγριος καὶ κυνὸς“ ortos esse. — Λυκάς Pollux V. 47. Nomen canis Thessalici, in quem elogium est, quod Simonidi tribuitur. Nomen a λύκος ductum est et ad colorem vel omnino ad formam lupo similem pertinet.

Lycisces (Λυκίσκης) Ov. Hyg. A λυκίσκος, de-

minutivo nominis λύκος ductum. Apud Vergil. eclog. III. 18 est nomen canis feminae „Lycisce". Apud Pollucem V. 47 Λυκιτάς canis Actaeonis nominatur. Kühn. Λυκιτᾶς scribit, immemor Herodiani: τὰ εἰς τας λήγοντα βαρίνεται. τὸ δὲ Γονατᾶς παράλογον διὰ τὸν τόνον καὶ τὸ Φιλητᾶς, Κομητᾶς (I. 57. 9). Ex Ovidio et Hygino Λυκίσκης restituere velim, cum Λυκιτάς corruptum esse mihi videatur.

Xenophon cyn. IV. 7 de canum coloribus dicit: τὰ δὲ χρώματα οὐ χρὴ εἶναι τῶν κυνῶν οὔτε πυρρὰ οὔτε μέλανα οὔτε λευκὰ παντελῶς. ἔστι γὰρ οὐ γενναῖον τοῦτο, ἀλλ' ἁπλοῦν καὶ θηριῶδες. Arrianus contra Xenophontem hoc dicit (XI. 1): τὰ δὲ χρώματα οὐδὲν διοίσει ὁποῖα ἔχωσιν, οὐδ' εἰ παντελῶς εἶεν μέλαιναι ἢ πυρραὶ ἢ λευκαί. Oppian. cyn. I. 426 Xenophontem sequitur atque etiam satis miram causam huius praecepti affert:

χροιαὶ δ' ἀργενναί τε κακαὶ μάλα κυάνεαί τε
οὔτε γὰρ ἠελίοιο φέρειν μένος ὦκα δύνανται,
οὔτε νιφοβλήτοιο μένος πολυχειμέρου ὥρης. Quod praeceptum non a multis observatum esse, nomina docent a nigro et albo colore repetita. Sed rufos canes fuisse vix credendum est. „πύρρος" rutilus quoque fortasse color nominabatur.

Ad singularum corporis partium quoque naturam nonnulla nomina spectant, ut:

Melampus (Μελάμπους) Ov. met. III. 206. Hyg. Λάμπουρος Theocr. VIII. 6. 5 „Cuius cauda candida vel rufa est." λαμπουρίς vulpis est epitheton. Cicindela quoque ita nominatur.

Charops (Χάροψ) Hyg. χάροψ et χαροπός „laetis vel hilaribus oculis praeditus" significant. χαροπός de Germanorum quoque oculis dicitur, quos Tacitus truces et caeruleos vocat. Hymn. εἰς Ἑρμῆν v. 194: χαροποὶ δὲ κύνες κατόπισθεν ἕποντο. Xenoph. cyneg. III. 2 dicit, χαροποὺς κύνας non esse optimos, et paulo post: μυωποὶ δὲ καὶ χαροποὶ χείρω τὰ ὄμματα ἔχουσιν. Arrianus

contra (VI. 5) dicit: *οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τὰ χαροπὰ φαῦλά ἐστιν οὐδὲ φαῦλον κυνῶν ξύμβολον, εἰ καὶ ταῦτα τύχοι καθαρὰ καὶ γοργὰ ἰδεῖν.* Oppianus saepe equos *χαροποὺς* praedicat et I. 373 hoc epitheton cani Molossico dat.

Χάρων C. J. G. 8139. Poll. V. 47. In Hygino quoque Dindorf Charon ex Coran restituit, v. supra p. 20. E. M. *χάρων ὁ λέων, ἀπὸ τῆς χαροπότητος.*

Draco (*Δράκων*) Hyg. Nomen ad claros oculos spectat et a verbo *δέρκεσθαι* ductum est, ut *δορκάς*, *δορκεύς*, alia.

Dorceus (*Δορκεύς*) Ov. Hyg. Nomen idem significat, quod Draco.

Λυγκεύς Apd. III. 4. 4. Frgm. lyr. adesp. 39. Nomen a *λύγξ* ductum est et canem praeclaris oculis praeditum significat. Apud Hyginum Lyncaeste legitur, quod fortasse perperam ex *Λυγκεύς τε*, quod apud Hygini auctorem erat, ortum est.

Γόργος C. J. G. 8139. Jahnius, qui vas, in quo hoc nomen legebatur, ipse invisit, unam tantum litteram huius nominis cognovit, quam *Δ* esse dixit. Gerhardus *Γόργος* legit, Millingen *Γοργώ*. Nomen igitur non est certum. Suidas: *γοργὸς ἀντὶ τοῦ φοβερός.* In E. M. *Γοργώ* est „trucibus oculis praedita." Poll. I. 192 dicit, esse boni equi, *γοργὸν βλέμμα* habere. Hesychius: *γοργός· εὐκίνητος, ταχύς, σκληρός, λιπαρός, εὐτραφής.* Apud Xenophontem *γοργός* est celer, agilis, et praecipue de equis dicitur. Nomen *Γόργος* igitur aut ad celeritatem, aut ad pellis splendorem, aut denique ad oculos micantes, i. e. truces, spectat, quae significatio creberrima in hoc quoque nomine interpretando adhibenda mihi videtur.

Gorgo (*Γοργώ*) Hyg. Antip. Th. 38 (Anthol. Gr. IX. 268.)

Παρθενόπη in inscriptione nuper inventa et publicata in ephemeride: Bulletin de corresp. hellénique IV. 494. Epigramma est et ita legitur:

Παρθενόπην κύνα θάψεν ἄναξ ἑὸς ᾗ συνάθροεν
ταύτην τερπωλῆς ἀντιδιδοὺς χάριτα.

ἔστ' ἆθλον στοργῆς ἄρα καὶ κυσὶν, ὥς νυ καὶ ἥδε
εὔνους οὖσα τροφεῖ σῆμα λέλογχε τόδε.
ἐς τόδ' ὁρῶν χρηστὸν ποιοῦ φίλον, ὅς σε προθύμως
καὶ ζῶντα στέργοι καὶ νεκρὸν ἀμφιέποι.

Παρθενόπη ad oculos claros spectat. Non raro feminae nomen erat.

Cyllo (*Κυλλώ*) Hyg. Hoc nomen ad pedes distortos spectare videtur, qui fortasse certae canum speciei proprii erant, ut apud nos canibus, quos „Dachshunde" vocamus.

Cyllopodes (*Κυλλοπόδης*) M. Schmidtius ex Cyllopotes (Hyg.) correxit. — Vulcanus *Κυλλόπους* et *Κυλλοποδίων* vocatur, *κυλλός* igitur est etiam *χωλός*.

Lachne (*Λάχνη*) Ov. Hyg. Ovid. epitheton „hirsuta corpore" addit. Nomen a villis repetitum est. Eadem significatione *λάχνη* Hes. Opera 515 et Apoll. Rhod. I. 325 exstat.

A latratu haec sunt nomina ducta:

Hylactor (*Ὑλάκτωρ*) Ov. Hyg. Nos quoque nomen canis „Bello" habemus. — Hylax (*Ὕλαξ*) Orell. inscr. 4730: Dromo et Hylac /canibus venaticis/ boni. Canis nomen aut Hylax est aut Hylactor. — Canache (*Καναχή*) Ov. Hyg.

Κραυγή Xen. — *Βρέμων* Xen. Aeschyl. Sept. 348 *βρέμεσθαι* est de infantium clamore dictum. Apud alios *βρέμειν* est strepere. Canis nomen ad ululatum spectare videtur. — *Βρύας* Xen. *βρύας* est bubo. *βύας* quoque forma usitata est, ut Aristot. H. A. VIII. 3. Canis nomen ad obtusum latratum pertinet.

Etiam ab edacitate canes nominabantur: Pamphagus (*Παμφάγος*) Ov. Hyg. — *Βόραξ* C. J. G. 8185a. Legitur *ΡΟΡΑ*+ↄ, ex quo simplicissime *Βόραξ* restituitur. *βόραξ* est edax. — De nomine *Λάβρος* jam supra p. 11 dixi.

Non raro canes a gente nominabantur.

Arcas (*Ἀρκάς*) Hyg. — Cyprius (*Κύπριος*) Ov. Hyg. — Syrus (*Σύρος*) Hyg. — Lacon (*Λάκων*) Ov. Hyg. — Lacaina (*Λάκαινα*) Hyg. Xenophon dicit, inprimis canes Laconicos ad apros venandos aptos esse. —

Sophocles quoque canes Laconicos praedicat. Suidas: *Λάκαινα κύων. Σοφοκλῆς· κυνὸς Λακαίνης ὥς τις εὔρινος βάσις* (Aj. 8). Et Horatius ep. VI. 519:

Nam qualis aut Molossus aut fulvus Laco,
Amica vis pastoribus.

Λοκρίς: Anytes canis, in quem elogium scripsit (Anth. Planud. I. 13). — Quod Baecker. p. 68 de hoc epigrammate dicit, probare non possum.

Hic dicam quoque de vase (annali dell' instituto archeol. XXIV, tab. *T*, p. 345 sq.), in quo est vir cum cane et circa legitur ƎIATIAƎM. L. Schmidt. *μὴ αἰταίη* interpretatur, = non preghi (optat. Aeol. verbi *αἰτάω* [pro *αἰτέω*]!). Mihi hoc nihil aliud esse videtur, quam *Μελιταῖε*. Tertia modo littera falso *α* pro *λ* scripta est. — Descriptio catelli Melitaei exstat apud Lucianum de mercede conduct. XXIV.

A vagando in silvis et saltibus haec nomina ducta sunt:

Hylaeus (*Ὑλαῖος*) Ov. Hyg. Nos „Waldmann" dicimus. — Hylas (*Ὕλας*) Verg. ecl. VIII. 107. Hoc nomen servis saepe indebatur, cf. Aristoph. eq. 67. — *Ὑλεύς* Xen.

Orias (*Ὀρειάς*) Hyg. Hoc nomen nostro „Bergmann" respondet, sed feminini est generis. Montium nymphae quoque *Ὀρειάδες* vocantur. — Oribasus (*Ὀρείβασος*) Ov. Hyg. Alia forma est *Ὀρειβάτης*. Ex *ὄρος* et *βαίνειν* compositum. — Oresitrophos (*Ὀρεσίτροφος*) Ov. Hyg. Il. *M*. 299 et Od. *ζ*. 130 *ὀρεσίτρ.* leonis est epitheton.

Nape (*Νάπη*) Ov. Hyg. — *νάπην* Graeci vocant silvosas vallis angustias. Nomen ex composito *Ναπηβάτης* contractum est, ut canem significet, qui in silvosis angustiis vagetur. Fortasse Therodanapis apud Hyginum falso ex Theron et Nape compositum est.

In nominibus a Xenophonte allatis, quae canibus venaticis aptissima esse dicit, nonnulla sunt (*Αἴχμη*, *Λογχή*, *Ξίφων*, *Πόρπαξ*, *Στύραξ*), quae non ad vitia

vel virtutes vel ad ullam aliam rem ad canum formam pertinentem spectant, sed a certis rebus ad bellum vel ad venatum necessariis repetita esse videntur. Licet *Αἴχμην* et *Λογχήν* ad celeritatem referas, *Ξίφων* ad dentium aciem; *Πόρπαξ* (*πόρπαξ* est scuti ansa) et *Στύραξ* (*στύραξ* est hastae cuspis vel hasta ipsa) autem nomina certo ab his rebus repetita sunt. — Sine dubio igitur mos erat, canibus venaticis talia nomina indere.

Nonnulli canes nomina sua certis condicionibus debebant. Ut Eupolis canem *Αὐγέας* nominabat, quem a viro ita nominato dono accepisse dicitur. Ael. H. A. X. 41: *Εὐπολίδι τῷ τῆς κωμῳδίας ποιητῇ δίδωσι δῶρον Αὐγέας ὁ Ἐλευσίνιος σκύλακα ἰδεῖν ὡραῖον, Μολοττὸν τὸ γένος, καὶ καλεῖ τοῦτον ὁμωνύμως τῷ δωρησαμένῳ αὐτόν.* cf. Tzetz. Chil. IV. 131. 245, ubi eadem ex Aeliano narrantur. Nomen ibi est *Αὐγείας*. In margine codicis B: *αὐγείας δ' ἐκαλεῖτο, ὅτι αὐγείας αὐτὸν ἐδωρήσατο.* — Certo erat ab usu remotum, canibus hominum nomina indere et eam tantum ob causam hoc ab Aeliano narratur.

Pollux V. 46 narrat, Alexandrum a Pane satrape canem dono accepisse, quem *Τριακάς* appellasset. *τριακάς* est tricesimus mensis dies. Fortasse canis ab hoc die nomen duxit, quod aliquem cum eo necessitudinem habuit.

Περιτᾶς Plut. Alex. 61. Pollux V. 41. Alexander canem ita nominatum decem minis emisse dicitur. Erat canis Indicus et Alexander eo ad leones venandos usus esse dicitur. Theopomp. narrat, Alexandrum huius canis mortui in honorem oppidum eodem nomine condidisse. — Benseler nomen interpretatur „Herumtrotter", a *περί* igitur et *ἰέναι* ducit, et *Περίτας* scribit. Sed malo cum Fickio „Die griech. Personennamen" p. 229 nomen a mensis Macedonici nomine *Περίτιος* ducere, ut idem de eo valeat, quod de nomine *Τριακάς* dixi.

Nomina fabularia canibus imposita esse jam ex nonnullis, quae supra commemoravi, nominibus cognosci pot-

est: Ἀελλώ, Ἅρπυια, Λάδων. Tum Βριάρεως canis nomen est apud Ptol. Heph. in Photii bibliotheca 148a. 26 (Bekk.). — Pollux V. 42 „Κέρβερος" nomen canis cujusdam a mythico affini ductum tradit, et V. 47 narrat, a Xenophonte canem appellatum esse Ἱπποκένταυρος.

Unum tantum nomen nobis traditum canem pastoralem significat: Poemenis (Ποιμενίς) Ov. Hyg. Ovidius epitheton „pecudes secuta" addit. Secundum Suidam canes Molottici ad greges pascendos maxime idonei erant: Μολοττὸς κύων, ὁ ποιμενικὸς καὶ μέγας.

Catellis, qui in deliciis habebantur, saepissime blanda nomina dabantur. Erant plerumque genere Melitaeo, de quo jam supra dixi.

Χρυσίς C. J. G. 7285. Nomen aut ab auri colore ductum est, aut omnino blandum nomen erat, ut Margarita, catellae nomen apud Petron. 64 (Bücheler).

Φίλη C. J. G. 7286. Apud nos quoque „Amie" non rarum canis nomen est.

Πλαγγών Alciphr. epist. III. 22: Πλαγγὼν δέ, τὸ Μελιταῖον κυνίδιον. ἡ πλαγγών est pupa et vox blanda. Pott.: mytho-etymologica in Kuhnii Zeitschr. IX. p. 194 a πλάγγος, quod est aquilae genus, ducere mavult. Sed pupae significatio praeferenda mihi videtur, quod „Μελιταίου κυνιδίου" nomen est.

Ἀκρίς C. J. G. 6332. ἀκρίς est locusta.

Ταῦρος Anthol. Pal. VII. 211 (in epigrammate Tymnei).[1] Appellatur „ἐκ Μελίτης ἀργὸς κύων", catellus igitur est. Itaque nomen non ad magnitudinem vel robur spectat, sed aut ad bovis figuram, aut fortasse ironice dictum est.

Ἀκαλανθίς canis nomen est Aristoph. Pax 1077. Schol. Ἀκαλανθίς · ὄνομα κυνὸς ἐπισήμου, οἱ δὲ ὀρνέου. Schol. ad Aristoph. av. 872: Ἀκαλανθὶς Ἄρτεμις ·

---

1) cf. Salinas: I monumenti sepulcrali etc. Turin 1863, p. 21.

ἡ κύων παρὰ τὸ αἰκάλλειν ἴσως τοὺς γνωρίμους, ὑλακτεῖν δὲ τοὺς ξένους . . . ἔστι δὲ καὶ εἶδος ὀρνέου ἀκαλανθίς. Paroemiogr. Graeci append. I. 12: Ἀκάνθιος κύων · ταχεῖα, ὀνοματικῶς. Idem legitur apud Hesychium: Ἀκάνθιος, ταχεῖα κύων, ὀνοματικῶς, καὶ ὄρνεον μικρόν. Leutschius aut ambas formas (Ἀκάνθιος et Ἀκαλανθίς) usitatas fuisse, aut Ἀκάνθιος corruptum et Ἀκαλανθίς restituendum judicat. M. Schmidtius in Hesychio Ἀκαλανθίς restituit. Sed existimo, ambas formas usitatas fuisse. Carduelis quoque est ἀκαλανθίς et ἀκανθίς, et piscis plantaque et cicada est ἀκανθίας (cf. Lob. Proll. Path. p. 6). In E. M. „Ἀκαλανθίς" παρὰ τὸ ἀκαλὸν θεῖν ducitur. Hanc etymologiam et scholiastae ad Aristoph. av. 872 ineptas esse apparet. Lobeck. Proll. Path. p. 148 nomen carduelis „ἀπὸ τῶν ἀκανθῶν" ducit, quia spinis et carduis pascatur. Catellum a carduele nomen habere existimo.

Καλαθίνη Anthol. Gr. IX. 303. Papius nomen a calatho ducit. Fortasse nomen blandum est et ad parvam figuram spectat.

Restat, ut de nominibus canum mythicorum pauca dicam. Haec sunt: Ὄρθρος, Κέρβερος, Μαῖρα, Γαργήττιος.

Ὄρθρος Hes. Theog. 293. 309. 327. Quintus Snyrnaeus VI. 253. Apollod. II. 5. 10. Nonnus XXXI. 138. Canis Geryonis et Cerberi frater. In libris est Ὄρθρος et Ὄρθος. F. A. Wolf. formam Ὄρθος depravationem esse judicat, non aliter judicant Hermann. (opp. VI. 170) et Welcker. „Die Aeschyl. Trilogie Prometheus" p. 129. De verbi ὄρθρος significatione cf. Lobeck. Phrynich. p. 275: „ὅ τοίνυν οἱ πολλοὶ ἁμαρτάνοντες λέγουσιν ὄρθρον, τοῦθ' οἱ ἀρχαῖοι ἕω λέγουσιν", et: Ὄρθρος ἐστὶν ἡ ὥρα τῆς νυκτὸς, καθ' ἣν ἀλεκτρυόνες ᾄδουσιν. Apud Nonnum Ὄρθρος cum Ἠριγένεια conjungitur: ὅτι καὶ αὐτὸς | Ὄρθρος ἀκοντίζει με καὶ Ἠριγένεια διώκει. Welcker. l. c. nomen interpretatur „Morgenfrüh". G. Hermann. opp. II. 181: Ὄρθρος, Erigus, quem apparet montem esse ignivomum(?).

Κέρβερος Hes. Theog. 311. Quintus Smyrn. VI. 261. Hygin. Apud Homerum nomen non legitur, sed *Θ*, 338 canis apud inferos commemoratur. Fulgent. mythol. I. 5 nomen „Tricerberus" affert, quod Cerberus tria capita habere dicebatur. Hoc nomen Suidas quoque sub „*Κόρη*" et Joh. Malalas in chronographia afferunt. Apud Maium (spicilegium Romanum II, p. 225) *Τρίκρανος* vel *Τρικάρανος* quoque nomen est. Cum Bezzenbergerus mecum communicaverit, „*Κέρβερος*" esse idem nomen, quod in lingua sanscritica „çṛgâla" sit[1]) et idem significet, quod nostrum „Schakal", apparet, veterum interpretationem, „*Κέρβερος*" ortum esse a „*Κρεόβορος*" et quas etymologias Lobeck. Path. I. 172, Welcker. „Die Aeschyl. Trilogie Prometheus" p. 130, G. Hermann. opp. II. 182 afferunt, rejiciendas esse.

Μαῖρα Apollod. III. 14. 7. Hyg. 130 (ed. Schmidt. p. 112. 18). Erigones canis. In stellarum numero collacatus est. Welcker. l. c. „Schimmer" interpretatur. E. M. 574. 353: *μαῖρα παρὰ τὸ μαίρω, τὸ λάμπω, ἀπὸ τοῦ μαραίνειν, ὅ ἔστι λάμπειν.*

Γαργήττιος (sive *Γαργίττιος*) Geryonis canis et Cerberi frater; ab Hercule necatus. Pollux V. 46. Non facile est intellectu, quae sit nominis significatio. Fortasse a verbo *γάργα* ducendum est, quod Hesychio teste idem est, quod *αἴγειρος*. *αἴγειρος* est populus nigra, quae Od. *κ*. 510 Orci arbor significatur.

Priusquam ad exitum veniam, de dubiis et corruptis canum nominibus agam.

Theophrast. charact. XXI. p. 47 (ed. Schneider.) mores hominis „*μικροφιλοτίμου*" describuntur. De eo homine Theophr. dicit: *καὶ κυναρίου δὲ τελευτήσαντος, αὐτῷ μνῆμα καὶ στηλίδιον ποιήσας ἐπιγράψαι*

---

1) Müller. (Haupts Zeitschr. V, p. 184 sqq.) in lingua sanscritica çarvara (çarvarî est „nox") nostro „*Κέρβερος*" respondere vult.

„*Κλάδος Μελιταῖος*“. Baecker. secundam thesin earum, quas opusculo suo adjecit, ita proposuit: „In epitaphio, quod exstat apud Theophr. charact. 21: *Κλάδος Μελιταῖος*, canis nomen non desideratur.“ Egit de hoc loco Keilius in analectis epigraph. p. 192, ubi aliorum quoque sententias affert. Osannus suspicatur, *Κλάδος* corruptum esse et *Καλός* restituendum. Sed non est verisimile, ex aperto *Καλός* factum esse *Κλάδος*. Keilius autem *Κλάδος* nomen canis esse existimat, et hic quidem cum eo consentio, minime autem, pro *Κλάδος* scribendum esse *Κέλαδος* et hoc nomen ad verbum *κλάζειν* referendum, neque enim hic conjectura opus est. Ceterum derivatio nominis *κέλαδος* a *κλάζειν* est incertissima. *κλάδος* est turio. Nomen igitur ad canis florentem aetatem pertinere videtur, ut *Ἥβα, Θάλλων, Ἀνθεύς*. — Viri quoque nomen *Κλάδος* est C. J. G. 2347. 4315 etc. — Saepe Graecos in sepulcris, quae canibus statuerent, nomina eorum memoriae prodidisse, hoc jam supra demonstravi. Itaque hic quin *Κλάδος* nomen canis sit, nihil obstare mihi videtur.

Plutarch. moral. 970 C. (de sollert. animal. XIV, ed. Duebner.), ubi de canum virtutibus dicitur, hoc legitur: *τὰ δὲ καὶ τὸν αυτον δρᾶσαι λέγουσιν, ὃν Πύρρος, οὐχ' ὁ βασιλεὺς, ἀλλὰ ἕτερός τις ἰδιώτης, ἔθρεψεν. τὸν αὐτὸν* plane est ineptum. Cum igitur nonnulli codices *ἀστόν* pro *αὐτόν* praebeant, Xylander hoc nomen canis esse vult, quale *Κάππαρος* quoque paulo ante occurrerit. Duebner. *Ἀστόν* oxytonon textu recepit, ab adjectivo *ἀστός* igitur ducit, quod significat: qui in oppido versatur, oppidanus. Sed fortasse „*Ἄστος*“ ex „*Ἄστομος*“ contractum esse accipiendum est, quae melior interpretatio est canis nomini, nam Xen. Cyn. 3, 3 *κύνες ἄστομοι* commemorantur.

Statuere non possum canis nomen in vase, quod „François-Vase“ vocatur et de quo jam supra egi

(C. J. G. 8185a). Cognosci possunt litterae *EΛEPTEϟ*, quod nonnulli *Λαέρτης* esse volunt. Sed videtur mihi id canis nomen esse non posse. Baecker. p. 58 *Ἐγέρτης* conjecit.

Prorsus corrupta sunt haec nomina in Hygini indice: Echione, Sagnos, Chediaetrus, Volatus. Apud Gratium quoque (cyneg. v. 214) Glympice corruptum esse videtur.

Denique nonnulla afferam, quae Baeckero collectione non recipienda fuisse mihi videntur.

Etymol. Vindob. cod. CLVIII legitur: *Ἄιος, ὄνομα παρὰ Στησιχόρῳ* (Stesichor. frgm. 74: Bergk.). Bergk. nulla ratione dicit: Fuit fortasse canis nomen (Mutus?). Non mihi nota est causa, cur Baecker. p. 77 tam certo confirmet, esse hoc canis nomen.

In vase figur. nigr. (cf. Urlichs: Verzeichn. der Antikensamml. in Würzburg, Prgr. des v. Wagnerschen Kunstinstituts, Würzburz 1872, p. 62) inscriptiones leguntur, quae sensu carent et ornamenti tantum causa incriptae esse videntur. Ibi supra canem leguntur litterae *EIOϟ*. Cum ceterae inscriptiones sensum non habeant, probare non possum, Baeckerum p. 77 *Ἦιος* vel *Εὔιος* legere et hoc canis nomen esse contendere.

Κάρπος quoque, quod Baecker. p. 76 affert, canis nomen non est. Basi vasis figulini, quod canem cubantem repraesentat (Vasensamml. der kaiserl. Ermitage St. Petersb. 1869, n. 2309), hoc nomen impressum est. Certo mira est ratio canis nomen memoriae prodendi. Vasis fabricator fortasse nomen suum impressit aut aliam habet haec inscriptio vim.

P. 47 Baecker *Κνώσιος* canis nomen in Hygini indice affert. In Hygino Gnosius legitur, sed non est canis nomen. In M. Schmidtii editione res paucis absoluta est.

Persa, Aemili Pauli canis (Cic. de divin. I. 46. Valer. Maxim. I. 5. 3. Plut. Aemil. Paul. 10 (hic *Περσεύς* legitur)) in nominum canum Graecorum numero haberi non potest, nihilo magis Issa, Martialis canis (Baecker. p. 74) et Scylax, canis nomen apud Columellam.

II. De equorum nominibus.

Collectionem equorum nominum minime plenam Merklinus in Koehleri opuscul. III instituit. Nonnullae annotationes apud Koehlerum quoque l. c. leguntur.

Equorum et canum nomina in titulis inventa, quae tum nota erant, sunt in corpore inscriptionum Graecarum, quae diligentissime Roehlius in indice collegit.

1. De equorum nominum traditione.

Equorum quoque nomina et inscriptionibus sunt tradita et apud scriptores inveniuntur.

a) Tituli, in quibus equorum nomina leguntur, sunt

α) in lapidibus inscripti. Ut canibus equis quoque sepulcra cum elogiis statuebantur. Sed unum tantum equi nomen in his elogiis repperi: *Εὐθύδικος*. Tum multa equorum nomina ei Graecorum mori debemus, ut nomina eorum, qui in cursu equestri vicerant, saepe cum possessoribus, memoriae proderentur. Talium titulorum Graecorum unus tantum in Porphyrii monumento Constantinopolitano nobis servatus est, in quo duodecim equorum nomina reperiuntur. Sed Pausanias complura nomina affert, quae in monumentis legerat, ut Cleosthenis Epidamnii equorum VI. 10. 6. Inprimis autem respiciendi sunt tituli Latini in C. J. L. VI. 2 Nr. 10044—10082 collati, in quibus multa equorum circensium nomina et patrias eorum reperimus, et Latina et Graeca in linguam Latinam translata, quae hic adhibere non supervacaneum erit, neque enim dubium est, quin, cum Romani haec nomina a Graecis sumpserint, Graeci iis usi sint. Inprimis C. J. L. VI. 2. Nr. 10053 et 10056 permulta equorum nomina continentur, de quibus egit Friedlaender in indice lectionum acad. Albert. Regim. 1875. III (De nominibus equorum circensium), cf. Darstellungen aus der Sittengesch. Roms II[5] p. 293 sqq. et p. 459 sqq.

β) Nonnulla equorum nomina in gemmis sunt inscripta.

γ) Praecipue autem vasa equorum nominibus abundant, sed nigris tantum figuris ornata[1]). Aurorae unius equorum nomina Λάμπων et Φαέθων in duobus vasis figuris rubris ornatis (Gerhard. Auserlesene Vasenbilder II, tab. 79 et 80) repperi. — Duo nomina: Καλλιφόρας et Σῆμος in tabula figlina musei Berolinensis (Nr. 1820) nigris figuris ornata insunt.

b) Equorum quoque nomina apud Graecos usitata colligenti scriptores Graeci et Latini respiciendi sunt, atque scriptorum Graecorum Homerus, Pausanias, Quintus Smyrnaeus, alii quidam, Latinorum inprimis Statius, Claudianus, Hyginus. — Praecipue nomina equorum Solis a compluribus veterum scriptorum commemorantur; quae pertractare et inter se comparare hic necesse videtur.

Αἴθοψ Eurip. ap. Athen. XI. 465, 6.

Schol. Eur. Phoen. 3: Χρόνος, Αἰθώ, Ἀστράπη, Βρόντη. Ἄλλοι δέ φασιν, ὡς δύο· Λάμπων καὶ Φαέθων. (Od. ψ. 246 Λάμπος et Φαέθων, C. J. G. 7529 = Gerhard. Auserl. Vasenb. II, tab. 79 Λάμπων et Φαέθων, C. J. G. 7528 = Gerhard. II, tab. 80 Λάμπων Aurorae sunt equi).

Ov. metam. II. 153: Eous, Aethon, Pyrois, Phlegon.

Hygin. 183 (p. 36 ed. M. Schmidt.) Eumelo Corinthio auctore: Eous, Aethyops, Sterope, Bronte. Item quos Homerus tradit: abrax aslo therbeeo. Item quos Ovidius: Eous, Aethon, Pyrois, Phlegon. — Fulgent. mythol. II. 11sqq. Erythraeus, Actaeon, Lampos, Philogeos. — Martial. VIII. 21. 7: Aethon et Xanthus. — Valer. Flac. Arg. V. 42: Pyrois. Claud. rapt. Pros. VIII. 561: Aethon.

1) Jahn. Vasensamml. p. CXVI: „Hunde und Pferde bekommen ihre individuellen Namen, wo nicht mythologische überliefert sind, frei erfundene; indessen finden sich diese Bezeichnungen überwiegend häufiger auf Vasen alten Stils.“ cf. quod „de canum nominib.“ p. 4 in annot. dictum est. — Scriptorem quodlibet nomen in vase inscripsisse vel ex eo apparet, quod in vase Corinthio, depicto in ephemeride: „Mittheil. des deutschen Instit. zu Athen“ 1879, tab. XVIII., duo equi eodem nomine „Κύλλαρος“ significantur.

Primum nomen apud eos, qui quattuor nomina afferunt, est Χρόνος (schol. Eur.), Eous (Ovid. et Hygin.), Erythraeus (Fulgent.). Valckenarius ad Χρόνος et Αἰθώ in schol. Eur. annotat: Fortasse Ἠῶος, Αἶθοψ. Ego quoque existimo, Χρόνος restituendum esse in Ἠῶος. Apparet enim, Solis equos non ab aliis aliter nominari potuisse, sed, licet nominum singulorum formae sint aliquid mutatae, significatio semper eadem est, omnia enim nomina excepto Βρόντη ad fulgorem spectant. Tum mirum est, Hygini cetera nomina cum scholiastae congruere, unius modo tantam esse differentiam. Itaque sine dubio Χρόνος corruptum est et Ἠῶος, quod nomen apud Ovidium et Hyginum exstat, restituendum.

Secundum nomen est Αἰθώ (schol. Eur.), Aethon Ovid., Aethyops Hygin., Actaeon Fulgent. Αἰθώ in Αἶθοψ cum Valckenario, non cum Benselero in Αἴθων restituo, cum alibi Euripides Solis equos nominasse videatur, inter quae nomina Αἶθοψ fuisse docet Athen. l. c. In Hygini codice est Aethyops. In Aethiops restituit Commelinus, Schmidt. Aethops cum plerisque recentiorum in textum recepit, quod probandum videtur, cum jam supra demonstraverim, Hygini nomina cum iis quae sunt in scholio congruere.

Tertium nomen est Ἀστράπη in schol., Sterope ap. Hyginum, Pyrois ap. Ov., Lampos apud Fulgentium.

Quartum denique nomen est Βρόντη in schol. et apud Hyginum, Phlegon apud Ovidium, Philogeos ap. Fulgentium. Interpretatur hic: „terram amans, quod hora nona proclivior vergens occasibus pronus incumbat.“ Ex Φλογίος sive Φλόγεος, ut falso scribebatur, eam ob causam i littera interjecta ab eo nomen fictum esse videtur, ut interpretationem, quam commemoravi, adhibere posset. Apparet, omnino a Fulgentio ex libidine nomina commutata et depravata esse.

Cetera nomina a scriptoribus allata omnia ad splen-

dorem spectant, excepto „Xanthus", quod nomen Martialis l. c. affert. Puto, eum nulla ratione habita quodlibet equi nomen arripuisse.

De iis corruptis equorum Solis nominibus, quae quasi ab Homero tradita in Hygino leguntur, bene disseruit Bursian. in ephemeride, quae inscribitur: Jahns Jahrbücher für class. Philologie XCIII, p. 775. Demonstrat, ab interpolatore quodam verba: item quos Homerus tradit — Phlegon addita esse. Nomina abrax aslo therbeeo interpolatorem ex gemma sumpsisse, in qua Soli cum quadriga effícto adscriptum esset: *ΑΒΡΑΣΑΞ ΣΩΤΗΡΒΗΛΙΑΩ*. Has deorum significationes ab interpolatore ignaro equorum nomina habitas, et, ut sapientiae suae auctoritatem tolleret, Homerum ea tradidisse, eum mentitum esse. Malo totum hunc locum in Hygino delere, quam cum M. Schmidtio etiamsi uncis inclusum in textum recipere.

2. Quam rationem secuti Graeci equis nomina indiderint.

Longe plurima equorum nomina a coloribus sunt repetita, atque ea aut a splendore pellium, ut:

Ἀστράπη schol. Eur. Phoen. 3. Solis equa. Puto, nomen a splendore ductum esse, sed de celeritate quoque licet cogites.[1]

Sterope (*Στερόπη*) Hyg. 183.

Λάμπος Il. *Θ*. 185: Hectoris equus, Aurorae Od. *ψ*. 246. Mythogr. Vatic. I. 113. II. 21 (Fulgent. Mythol. I. 11).

Λάμπων Solis equus schol. Eur. Phoen. 3. C. J. G. 7528. 7529 = Gerhard. Auserl. Vasenb. II, tab. 80 et 79 (= Museum Gregorianum II. 18. 2a) Aurorae equus. In tab. 80 est *ΛΑΠΟΝ*. De qua forma v. Curtius Etymol. p. 55. Hyg. 30 Lampon Diomedis est equus et Silius Pun. 16. 334 nomen equi Hispani.

1) Nomina equorum Solis et aliorum deorum separatim tractari non oportere, sed in ceterorum equorum nominum numero recipienda esse mihi videntur, cum eadem ratione ficta sint, qua cetera nomina, tantum quod nonnulla ad res divinas spectant, ut *Ἀστράπη, Βρότη, Ἠῷος*.

Phlegon (*Φλέγων*) Solis equus Ov. metam. II. 154. Hyg. 183. *φλέγειν* est fulgere, splendere. Pind. Ol. II. 72: *χρυσοῦ φλέγειν*. De animo quoque dicitur, ut Aeschyl. Sept. 52: *θυμὸς ἀνδρείᾳ φλέγων*.

Φλογίος Martis equus: Quint. Smyrn. VIII. 242. In E. M. 544 Castoris equus *Φλόγεος* nominatur. Sed *Φλογίος* restituendum est monente Herodiano (II. 601. 12. ed. Lentz.).

Φαέθων Od. *ψ*. 246 et C. J. G. 7529 = Gerh. Auserl. Vasenb. II. tab. 79 = Mus. Gregor. II. 18. 2a. Aurorae equus. Non dubito, quin in vase *Λάμπων* et *Φαέθων* legendum sit, quod Joh. Franzius vult.[1]) Schol. Eur. Phoen. 3 *Φαέθων* Solis est equus.

Αἴθων Solis equus ll. cc., Hectoris Il. *Θ*. 185, Martis Quint. Smyrn. VIII. 242, Aurorae Serv. ad Virg. Aen. XI. 90 et Archael. Zeitung 1864, tab. 184 (in vase Corinthio sexti saeculi, ubi equorum nomina *Πόδαργος*, *Ξάνθος*, *Βαλίος*, *᾿Αρίων*, *Αἴθων* leguntur. J. de Witte: Ce dernier nom a presque entièrement disparu. *αἴθων* de splendenti colore aut de acritate et robore dicitur, ut Il. *M*. 97, *B*. 839: *ἵπποι αἴθονες μεγάλοι*. Tum leonis et aquilae epitheton est. Solis et Aurorae equos de splendenti colore nomen ducere apparet. Alii a robore quoque nominati esse possunt.

Αἴθη Il. *Ψ*. 295. 409. 525. Paus. V. 8. 3. Plut. VI. 116. X. 108: Agamemnonis equa. Schol. Ven. A.: *ὄνομα τῆς ἵππου, πεποιημένον ἴσως ἀπὸ τοῦ θερμῶς καὶ ταχέως τρέχειν*. Non consentio. Ut *Αἴθων* hoc quoque nomen a splendenti colore vel a robore ductum esse puto. Benseler interpretatur „Brandfuchs".

Aethion (*Αἰθίων*) Stat. Theb. VI. 465. Eunei equus. Nomen idem significat, quod *Αἴθων*.

Αἴθυια Anthol. Pal. VII. 212 in Mnasalcae epigram-

---

1) Jahn. Vasensamml. p. CXVI. Anm. 845: Die Inschriften bei Gerhard 79 sind unsicher in jeder Hinsicht.

mate. Jacobs. analecta VI. 401—406 demonstrat, esse nomen equae, non avis. Legitur enim in lemmate: *εἰς Αἴθυιαν ὄρνιν*. In Papii thesauro falso est *Αἴθυνα*.

Eous (*Ἠῷος*): Solis equus. ll. cc.

Phosphorus (*Φωσφόρος*) Auson. epitaph. heroum 34. *φωσφόρος* deorum non rarum cognomen est. *φωσφόρος ἀστήρ* est lucifer, Aristoph. Ran. 345. Suspicor, nomen ad splendorem equi spectare. Navis nomen *Φ.* est apud Boeckh. Staatshaush. III. p. 84sqq. — Helios (*Ἥλιος*) C. J. L. VI. 2, No. 10053. Viri quoque nomen. „Equus splendens."

Hic *Καλ[λ]ικόμη* quoque afferam, quod nomen est C. J. G. 8155 = Gerhard. II. t. 107 in vase figuris nigris ornato, ubi *Πυρροκόμη*, *Καλ[λ]ιφόρα*, *Σῆμος* quoque leguntur. Est equa, cujus crines sunt pulchri.

Aut equi a certis coloribus nomina acceperunt, ut a rufo simulque splendenti colore:

Πυρ[ρ]οκόμη C. J. G. 8155 = Gerhard. II, t. 107. „Cuius crines sunt rufi."

Πύρρος. In testa Corinthi reperta sexti fere saeculi a. Chr. n. (nunc in museo Berolinensi) est *ΠύρϝOς* et *Ταχυδρόμος*, v. Roehl. inscript. Graecae antiquissimae 20,50. Tum *Πύρρος* equi nomen est in monumento Porphyrii aurigae Constantinopolitani, v. Bulletino dell' instituto 1863, p. 123 et Mordtmann in ephemeride: Mittheilungen des deutschen archaeol. Instit. zu Athen 1881, p. 295 ff. Duodecim equorum nomina in hoc monumento insunt. *Ἁλιεύς*, *Ἀνθύπατος*, *Κυναγός*, *Πελώριος*; *Νικοπόλεμος*, *Ραδιᾶτος*, *Πύρρος*, *Εὐθύνικος*; *Ἀριστείδης*, *Παλαιστινιάρχης*, *Πύρρος*, *Ραδιᾶτος*. — Suidas: *πυρρός· ὁ ξανθός*. Sed cum ex *πῦρ* ortum sit, (*πυρσός* — *πυρρός* Lobeck. Technol. p. 284, quod non rectum esse ex forma *ΠυρϝOς* apparet), simul de splendore dictum esse videtur.

Πυρρία Schol. Il. *Δ* 27. Iunonis equa. (*τὰ ὀνόματα τῶν ἵππων τῆς Ἥρας Γλαῦκος καὶ Πυρία*.) In codice igitur est *Πυρία*. Sed cum Benselero scribendum est

Πυῤῥία. Nescio, cur Dindorf. apud Stephanum et Unger. de Valgio p. 377 *Πυῤῥίας* scribendum esse suspicentur.

Pyrois (*Πυρόεις*) Ov. metam. II. 153. Hyg. 183. Valer. Flacc. V. 432. Solis equus.

Pyrallis (*Πυραλλίς*) C. J. L. VI. 2. 10053. *πυραλλίς* (s. *πυραλίς*, *πυῤῥαλίς*, cf. Lobeck. Proll. Path. p. 96) nomen est generis columbarum et oliva. Nomen equi a rufo colore ductum videtur.

Φοῖνιξ Paus. VI. 10. 6. Il. *Ψ* 454 *φοῖνιξ* equi epitheton est. Merklinus in nominum equorum indice l. c. dicit, *Φοῖνιξ* esse nomen equi in Museo Gregoriano quoque II. 17. 2a. Sed Weilio teste, qui vas ipse invisit, ibi non est *Φοῖνιξ* equi nomen. Fortasse Merklin. nomen, quod supra *Φαέθων* legimus (II. 18. 2a) *Φοῖνιξ* legit.

Iris (*Ἶρις*) Stat. Theb. VI. 461. *ἶρις* avis quoque nominabatur, cf. Herodian. II. 437. 3. Nomen equi a rufo et splendido colore ductum esse videtur. Navis nomen est apud Boeckh. l. c.

A nigro colore haec nomina sunt ducta:

Κόραξ C. J. G. 7374. 7379 in cratere prope Caere reperto collectionis Campanae, Romae. cf. Gerhard. A. V. III. p. 81. et Archaeol. Zeitung 1846 p. 302. Paus. VI. 10. 6 hoc nomen inter Cleosthenis equos affert, quibus, cum Olympiae vicissent, monumentum statuisset.

Αἰθάλης C. J. G. 7283 = Toelken Verzeichnis p. 406 No. 66 = Stosch: Abdrücke VII. 2. Nomen est equi, cui Koppa littera inustum est in gemma loci incerti. Franzius et Fickius suspicantur, nomen esse idem quod *Ἀειθαλής* et *Ἀϊθαλής* scribunt. Sed malo ab *αἰθάλη* sive *αἴθαλος* fuligo ducere, ut de nigro colore dictum sit.

Nycteus (*Νυκτεύς*) Plutonis equus: Claudian. de rapt. Proserp. XIII. 285. — Hic alia quoque Plutonis equorum nomina, quae Claudianus l. c. commemorat, afferam:

Orphnaeus (*Ὀρφναῖος*). — Chthonius (*Χθονίος*). Duo optimi codices, Vaticanus et Laurentianus, „aethonus“

praebent, cod. Vossianus „aethoneus". Scaliger. et editores veteres „Aethon", emendaverunt, Ieepius contra Chthonius, quod probabile videtur. — Alastor (Ἀλάστωρ). Claudianus huic nomini addit: „Ditis nota signatus". ἀλάστωρ est πικρὸς δαίμων, immane monstrum.

Ab albo colore haec sunt nomina repetita:

Cygnus (Κύκνος) Stat. Theb. VI. 437. 521: nivalis. Lactantius: De colore candenti nomen accepit.

Aether (Αἰθήρ) C. J. L. VI. 2. Nr. 10053. cf. quod de eodem canis nomine p. 19 dixi. — Γλαῦκος C. J. G. 7378 in vase vetere Capuae reperto, v. Heydemann Katalog der Vasensammlung zu Neapel Nr. 685. In eodem vase Κύλλαρος legitur. Schol. Il. *N*. 23 Neptuni equus, Schol. Il. *Δ*. 27 Junonis, Nonn. XIV. 84. Nomen aut ad oculorum splendorem spectat (E. M. 233. 22: γλαυκὸς τὸ ἐπίθετον τὸ σημαῖνον τὸν ἔχοντα πυρώδη τὰ ὄμματα), ut sit idem, quod γλαυκῶπις, aut ad pellis splendorem (Suidas: γλαυκός· λευκός, κυάνεος). Glaucus color fit secundum Plat. Tim. 68c: κυανοῦ λευκῷ κεραννυμένου. Inprimis caelum glaucum vocatur, tum mare. Voss. ad Virg. Georg. III. 82 equum glaucum „Blauschimmel" interpretatur. Ego quoque malo nomen a pellis colore, quam ab oculorum splendore ducere.

A flavo colore nomina acceperunt:

Ξάνθος Hectoris equus *Θ*. 185. Achillis *Π*. 149. *Τ*. 400 sqq. Ptol. Heph. (ed. Westerm.) V. 192. 3. VI. 196. Apd. III. 13. 5. Serv. ad Virg. Georg. III. 91. Aelian. De n. a. XII. 3. Luc. Gall. 2. Castoris: Stesictorus (E. M. 544, Bergk. Poetae lyrici Graeci III. p. 205 sq.), Claudian. VIII. 561. Schol. cod. Bernens. ad Virg. Georg. III. 89: . . equos autem a Neptuno Junoni datos Alcman lyricus dicit Cyllarum et Xanthum, quorum Polluci Cyllarum, Xanthum fratri eius concessum esse dictum est. Diomedis Hygin. 30. C. J. G. 7379 in cratere, cf. Κόραξ p. 37. 7380 = Jahn. Vasensammlung p. CXLVII in vase collectionis Wuerzburg. figuris nigris ornato (cf. Urlichs.

Verzeichniss der Antikensammlung zu Würzburg. Programm des v. Wagnerschen Kunstinstituts, Würzburg 1872, p. 31), ubi Adrasti quadriga picta est. Nomina equorum sunt Σχανθος (Ξάνθος), Ἀρίων, Χόλαργος (male scriptum pro Πόδαργος). Quarti nominis tres modo litterae legi possunt: . . . τος. C. J. G. 7381 in vase Volcent. figuris nigris ornato, in quo Βαλίος quoque inest. cf. Gerhard. A. V. III. t. 190. 191. p. 86. Archaeol. Ztg. 1864, t. 184 est nomen equi Achillis, cf. Αἴθων p. 35. Archaeol. Ztg. 1863, t. 175 = bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome III. p. 3 in vase Corinthio veterrimo figuris nigris ornato, quod Cleonis inventum est. In eodem vase Σοβάς equi nomen legitur. In collectione Campana II. 50 Ξάνθος, Βαλίος, Φέρης equorum nomina leguntur.

Κνακίας Paus. VI. 10. 6. κνακίας Dorice dictum est pro κνηκίας. Lupi quoque color κνηκός vocatur. κνηκός igitur est fulvus.

Λύκος Paus. VI. 13. 10. Phidolai equus, cui monumentum statuit. Nomen a lupi colore equus accepit.

A vario colore nominati sunt:

Βαλίος Achillis equus *Π.* 149. *T.* 400. Apd. III. 13. 5. Ptol. Heph. (ed. Westerm.) V. 192. 3. VI. 196. Claudian. rapt. Pros. XLIV. 9. A Zephyro et Podarge genitus. C. J. G. 7381, v. supra Ξάνθος. Arch. Zeitung 1864, tab. 184 Patrocli equus, v. Αἴθων p. 35. In collectione Campana II. 50, v. supra Ξάνθος. Aqud Nonnum XXXVII. 335 Βαλίος est Scelmidis equus. cf. quod de eodem canis nomine p. 11 sq. dixi. Apud Nonnum nomen fortasse a celeritate ductum est, cum IX. 156 αὖραι vocentur βαλιαί, βαλιός igitur celer sit. Nomen equi Achillis autem a vario colore repetitum esse videtur, cum alter quoque Achillis equus Ξάνθος a colore nominatus sit. Serv. ad Virg. Georg. III. 91 (magni currus Achillis) equos Achillis nominat: Baliarchus et Xanthus. Non Baliarchum, sed Balium nominatum esse, ex Homero apparet.

Φαλίος C. J. G. 8154 = Gerh. Etrusk. Vasenbilder t. 12, p. 17: in amphora figuris nigris ornata musei Berolinensis, in qua *Καλ[λ]ιφόρα* quoque legitur. *φαλιός* est candens, ut Callim. fragm. 176. (ed. Ernesti). Secundum Herodianum I. 123. 16 (ed. Lentz) *φαλιός* est *λευκομέτωπος*. Aut equus albus igitur hoc nomine significatur, aut equus, cujus frons est alba.

Multi equi a celeritate vel omnino ab incessu nomina acceperunt, ut:

Θόας Schol. Pind. Ol. VI. 21 = Antimach. frgm. 23 (Dübner.). Amphiarai equus. — Thoe (*Θόη*) Stat. Theb. VI. 462. — *Ταχύδρομος*. cf. *Πύρρος* p. 36.

Callidromus (*Καλλίδρομος*) C. J. L. VI. 2. 10056.

Dromus (*Δρόμος*) C. J. L. VI. 2. 10053. In titulo est ablativus Dromo. Nescio cur Dromo(ne) in C. J. L. restituatur, cum Dromus (*Δρόμος*) optimum sit nomen.

Φοίτων in vase Corinthio perantiquo (cf. Mittheil. des arch. Instit. zu Athen 1879, tab. 18).

Argus (*Ἄργος*) C. J. L. VI. 2. 10053. De eodem canis nomine dixi p. 13 sqq.

Hic etiam nomen *Ἀργᾶς* ponam, quod est in vase Dorico (C. J. G. 7380, cf. *Ξάνθος*). Nomen idem significat, quod *Ἄργος*, sed magis ad plendorem spectat. *ἀργῆς* (*ἀργᾶς*) anguium quoque genus nominabatur.

Πόδαργος Hectoris equus *Θ* 185. Menelai *Ψ* 295, Diomedis Hygin. 30, Hippaemonis Pisand. in anthol. Pal. VII. 304, ubi canis quoque nomen *Λήθαργος* est. Protesilai equi nomen Arch. Zeitung 1864, tab. 184, cf. *Αἴθων*, alius in vase musei Wuerzburg., cf. *Ξάνθος*.

Ποδάργη *Π*. 150 et Quintus Smyrn. III. 750. *Ποδάργη* nomen Harpyiae est, quae mater equorum Achillis esse dicebatur. Apud Stesichorum (E M. 544 et Bergk.: Poet. lyr. Gr. III. p. 205 sq.) *Ποδάργη* mater equorum Castoris et Pollucis est. Apud Nonnum 37. 157 et 337 *Ποδ.* est equa Erechthei, a Borea et Harpyia genita.

Ἁρπέτισσα Cramer. anecd. Oxon. II. 347. 11, ubi *Ἁρπέτισα* uno σ scribitur. Sed duobus σσ scribo, cum suffixum principale *θια* fuerit, ex quo σσ factum est. cf. Herodian. I. 268. 12, ubi multa alia nomina in *ισσα* afferuntur. ib. II. 455. 14 pauca nomina sunt in *ισα*. *Ἁρπέτισσα* fortasse ortum est ex *Ἁρπαπέτισσα*, „ut ἅρπη volans (currens).“ Non raro syllaba omittitur, ut *τράπεζα* (*τετράπεζα*).

Ἅρπινα Lycophr. Alexandra v. 166 sq.:

ὁ τὴν πόδαργον Ψύλλαν ἡνιοστροφῶν
καὶ τὴν ὁπλαῖς Ἅρπινναν ἁρπυίαις ἴσην.

Oenomai equae *Ἅρπινα* et *Ψύλλα* vocatae esse traduntur (schol. Ap. Rh. Argon. I. 752, E. M. 27. 12), quibus usus a Pelope victus et interfectus est. Apud Lycophr. *Ἅρπιννα* duobus νν scribitur, sed melior est scriptio uno ν (Herodian. II. 469: *Ἅρπινα, ὄνομα ἵππου, ὅπερ τινὲς διὰ δύο νν γράφουσιν*). Scriptio *Ἅρπιννα* Aeolica est, ut *κόριννα* (Herod. II. 455 9.). *Ἅρπινα* ab radice verbi *ἁρπάζειν* ducendum est, ut *ἅρπη*. Celeritatem igitur nomen significat.

Ψύλλα nomen alterius Oenomai equae est. In hoc quoque nomine de celeritate cogitandum est, simul de saltuatim currendo. Certo idem significat, quod *ψύλλα* pulex, quod Sonnius in Kuhnii ephem. X. p. 409 negat.

Ἅρπαγος Stesichorus (E. M. 544, unde Bergk. poetae lyr. Gr. III. p. 205 sq.). Castoris equus, quem a Mercurio accepisse dicitur. *Ποδάργης* filius. *ἅρπαγος* idem significat, quod *ἅρπαξ*. Equus hoc nomen a celeri cursu accepisse videtur.

Ἀεροπέτης Raph. Fabretti inscript. ant. p. 277 = C. J. L. VI. 2. 10070.

Γοργάς C. J. G. IV. 8239 in oenochoe figuris nigris ornata, quam possidet Gerhardus (Auserl. Vasenb. t. 122. 123); in eadem oenochoe *Ὤχιμος* legitur. *γοργός* apud Xenophontem de equis celeribus dicitur. Hesychius: *γοργός· εὐκίνητος, ταχύς, σκληρός, λιπαρός, εὐτραφής.*

Pollux I. 192 laudat equos, qui „γοργὸν βλέμμα" habeant. Nomen igitur aut ad celeritatem aut ad splendorem vel corporis vel oculorum pertinet.

Σόβας Arch. Zeit. 1863, tab. 175. cf. Ξάνθος. Secundum Hesychium σοβάς poëtice dictum est pro σοβαρά, fem. vocis σοβαρός, quod est ferox et praecipue de bacchis dicitur. O. Jahn. igitur (Vasensamml. p. 64) huius nominis eandem significationem esse vult et Σοβάς legit. Sed melius mihi nomen a σόβη equi cauda ducendum videtur. σοβεῖσθαι Xen. de re equ. V. 7 dicitur de equo, qui cauda sua insecta abigit. Si hanc interpretationem adhibeo, Σόβας, ut sit masculinum, aut Σοβάς ut sit femininum, scribere possum.

Τίτυλλος C. J. G. 7284 not. = Impr. gemm dell' inst. II. 74. Herodian. I. 164. 12: Τίτυλος (Goettling. „Allgemeine Lehre vom Accent" Ἄστυλος conjicit, quam conjecturam supervacaneam esse apparet). Nomen aut a τιταίνεσθαι ductum est, quod de equorum celeri cursu dicitur, ut Il. X. 23: ἵππος θέει τιταινόμενος πεδίοιο et Ψ. 518: ἵππος ἄνακτα ἕλκει πεδίοιο τιταινόμενος σὺν ὄχεσφιν. Suffixum υλλος ad hypocorismatum fictionem adhibetur; cf. Herodian. II. 859. 24: Ἡρακλῆς — Ἥρυλλος, Θρασυκλῆς — Θράσυλλος et alia. Tum nomen quoque esse potest deminutivum nominis Τιτάν, quo recentioribus Graeci temporibus utebantur. Aut nomen ab radice τιτυ verbi τιτύσκομαι suffixo λος fictum est. τιτύσκεσθαι est petere. Nomen Τίτυλος igitur equum significare potest, qui metam petit. Hac etymologia adhibita Τίτυλος uno λ scribendum est, ut apud Herodianum l. c., sin autem a τιταίνεσθαι vel a Τιτάν nomen ducitur, Τίτυλλος duobus λλ est scribendum.

Εὐθύδικος C. J. G. III. 6311 = Kaibel: epigrammata Graeca ex lap. collecta 625 (= Jacobs: Anthol. Palat. III. p. CIII) in epigrammate Romae invento:

Στήλη μαρμαρέη, τίνος εἶ τάφος; ὠκέος ἵππου.
τίς δ' ὄνομα; Εὐθίδικος. τί κλέος; ἀθλοφόρος.

ποσ(σ)άκις ἐστέφθη δρόμον; πολλάκις. τίς δ' ἔλαέν μιν; κοίρανος. ὢ τιμῆς κρέσσονος ἡμιθέων.

Suspicor esse nomen equi pernicis et nominis significationem esse: „qui in cursu non evagatur, sed recta via metam petit."

Πήδασος II. 152. 467. Achillis equus. *πηδᾶν* est salire, saltuatim currere.

Κα[λ]λιφόρας in tabula fictili musei Berolinensis (Nr. 1820) figuris nigris ornata, ubi *Σεμος* quoque legitur.

Καλλιφόρα C. J. G. 7711 = Millingen: Peintures de vases grecques pl. XXII. C. J. G. 8154 = Gerhard. Etrusk. Vasenb. t. 12, p. 17 (cf. *Φαλίος* p. 40). 8155 = Gerhard. Auserl. Vasenb. II. t. 107. cf. *Πυρροκόμη* p. 36. Nomen aut ad pulchrum equae ingressum pertinet, aut est equa, quae bene (equitem) fert.

Αἰετός Jacobs. Anthol. Planud. II. 86. 24. *αἰετός* epice et tragice dicitur pro *ἀετός*. cf. Lob. Path. II. 344. Hoc nomine equi celeritas cum aquilae comparatur. Oppian. Cyneg. I. 280 de equis Hibericis dicit:

Κείνοισιν τάχα μοῦνος ἐναντίον ἰσοφαρίζοι
αἰετὸς αἰθερίοισιν ἐπιθύνων γυαλίοισιν.

Ἐρίφα Paus. VI. 21. 7. *Παρθενία* et *Ἐρίφα* equae Marmacis vocabantur, primi Hippodameae proci. *ἔριφος* est haedus: partus caprae recens. Nomen fortasse ad saliendum spectat, i. e. equae saltus cum agnae comparantur.

Αὔρα Paus. VI. 13. 9. Nomen equae Phidolai. De eodem canis nomine dixi p. 16.

Ἀκαταῖος. Suidas: *Ἀκαταῖος, ἵππος ὠνομασμένος.* Nomen ab *ἄκατος* ductum esse videtur. *ἄκατος* est celeris navicula.

Zephyrus (*Ζέφυρος*) Raph. Fabretti inscr. ant. p. 277.

Ἐριώλης Schol. Il. N. 23, Neptuni equus. *ἐριώλη* impetuosus ventus et praeceps. Hinc est dictus *Ἐριώλης* (Stephan. Thesaur.: Dindorf).

Hic Elates (*Ἐλάτης*) quoque ponam, quod nomen est

C. J. L. VI. 2. 10052. ἐλάτης est auriga. Nomen equi aut ab auriga repetitum, aut tertium comparationis omissum est. Aut equi ab aliis virtutibus nomina acceperunt, ut a robore:

Ἀλκίμας C. J. G. 7284 = Impr. gemm. dell' inst. V. 17. In hac gemma quattuor nomina reperiuntur: Εὐτυχής, Ἀλκίμας, Τορκουᾶτος Ἀκυλοῖνος.

Alcimus (Ἄλκιμος) C. J. L. VI. 2. 10053.

Σθένιος Schol. Il. Ν. 23. Neptuni equus „Validus".

Ρωσίας C. J. G. 7552, b, in amphora Volc. figuris nigris ornata musei Brittanici (Catal. Nr. 567).

Eutonos (Εὔτονος) C. J. L. VI. 2. 10053. εὔτονος est robustus, validus. — Menippus (Μένιππος) C. J. L. VI. 2. 10053. Hoc nomen saepe viris dabatur, equi nomen singulare et mirum est, cum equi robur secum ipso comparetur.

A magnitudine ductum est nomen Chiron (Χείρων) Myth. Vat. II. 119, ubi narratur, equum a Neptuno progenitum ab aliis Scitium, ab aliis Chironem, ab aliis Arionem nominatum fuisse. Hoc equi nomen a Centauro Chirone ductum et ad magnitudinem spectare videtur.

Ad bene equitem portandum

Ὄχιμος pertinere mihi videtur, equi nomen C. J. G. 8239 = Gerhard. Auserl. Vasenb. t. 122. 123. cf. Γοργάς. Nomen ab ὀχεῖν ducere, vehere, portare ductum est.

A ferocia et alacritate haec nomina ducta sunt:

Aschetus (Ἄσχετος) Stat. Theb. VI. 456. 517. ἄσχετος est „qui moderari non potest", „ferox".

Θράσος(?) Mus. Gregor. II. 8. 2b. —

Atacte (Ἀτάκτη) C. J. L. VI. 2. 10053. ἄτακτος est inquietus, confusus; tum: qui nulla moderatione utitur. Hoc nomen igitur ad ferociam spectat. —

Ἵλαρος C. J. G. 7284, et Hilarus C. J. L. VI. 2. 10053. 10056.

Aut omnino equi nominibus laudantur.

Ἀρέτη Mus. Gregor. II. 8. 2b. Herodot. III. 88 de simulacro quodam loquitur, in quo inscriptum fuerit:

Δαρεῖος ὁ Υστάσπεως σύν τε τοῦ ἵππου τῇ ἀρετῇ. Apud Suidam quoque sub Κοππατίας, ubi de Alexandri equo loquitur, est: ἐπιτάφιον αὐτῷ τῆς ἀρετῆς χαριζόμενος πόλιν. Polyb. 10. 27: κατὰ τὸ πλῆθος καὶ κατὰ τὰς ἀρετὰς τῶν ἀνδρῶν, ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἵππων. Ἀρέτη navis nomen est apud Boeckh. l. c. —

Dicaeosyne (Δικαιοσύνη) equae nomen est C. J. L. VI. 2. 10080.

Arista (Ἀρίστα) C. J. L. VI. 2. 10056. —

Pistus (Πίστος) C. J. L. VI. 2. 10053. —

Acereus(Ἀκέραιος)C.J.L.VI.2.10056. „Integer".—

Δικαία Aristot. Pol. III. 1262, 24[a] et περὶ τὰ ζῷα ἱστορίαι 6. 568[a], 13. δίκαιος ἵππος est equus bonus, vitiis carens. Xenoph. Memorab. IV. 4. 5: ἵππος δίκαιος τὴν γνάθον.

Nomina equorum, qui ad cursus equestres adhibebantur, saepe ad victoriam spectant, ut nomina equorum bellicorum ad fortitudinem et victoriam.

Φερένικος Pind. Ol. I. 18, Pyth. III. 74. Bacchyl. frgm. 6, ed. Bergk. Hieronis equus. Equi Aetnaei praeter ceteros florebant: Hesych. Αἰτναίη πῶλος · ἡ Σικελική, ἡ μεγάλη. Σοφοκλῆς Οἰδιπόδι ἐπὶ Κολονῷ. Φερενίκη navis nomen est: Boeckh. l. c.

Φέρης in collectione Campana II. 50. cf. Ξάνθος p. 38. Hoc nomen idem significat, quod Φερένικος. —

Εὐθύνικος bulletino dell' inst. 1847, p. 123, cf. Πύρρος p. 36.

Nicephorus (Νικηφόρος) C. J. L. VI. 2. 10070. —

Polynicus (Πολύνικος) C. J. L. VI. 2. 10056.

Callinicus (Καλλίνικος) eod. loco. —

Εὐτυχής C. J. G. 7284, cf. Ἀλκίμας p. 44. —

Nicolaos (Νικόλαος) C. J. L. VI. 2. 10056. —

Νικοπόλεμος bulletino dell' inst. 1847, p. 123. cf. Πύρρος p. 36.

Δεῖνος (Dinus) Hyg. 30. Diomedis equus, δεινός est

terribilis, tum etiam omne, quod, cum modum transeat, admirationem et metum inicit: ingens. Hoc nomen contractum esse potest ex nomine composito *Δεινόμαχος*.

Διόμαχος in vase, in quo est Amazo sedens in equo. cf. bullet. dell' inst. 1830. p. 233 not. Nomen compositum est ex adjectivo *δῖος* excellens et radice verbi *μάχεσθαι*. *Διόμαχος* igitur est „excellenter pugnans".

Δίας Schol. Pind. Ol. VI. 21 (= Antim. frgm. 23, ed. Duebner.). Amphiarai equus. In Etym. M. 270. 10 et 271. 3 ineptae sunt nominis interpretationes. A *δῖος* praeclarus, excellens ductum est et potest nomen contractum esse ex *Διόμαχος*.[1]) — *Δία* navis nomen Boeckh. l. c.

In vase apud Gerhard. Auserles. Vasenb. III. t. 190. 191. p. 86 (= C. J. G. 7381) est nomen equi ΣΟΙΠΟϘ — *Ῥοπίος*. Gerh. *Χρομίος* legit, cum existimet, *Ῥοπίος* equi nomen esse non posse. Sed potest a *ῥοπή* momentum, discrimen duci. Hoc nomine igitur equus significatur, qui in cursu equestri momentum facit, i. e. qui vincit.

Μενεδαῖος in Anytae epigrammate (Anthol. Pal. VII. 208):

Σᾶμα τόδε φθιμένου Μενεδαίου εἵσατο Δᾶμις
Ἵππου, ἐπὶ στέρνον τοῦδε δαφοινὸς Ἄρης
τύψε . . .

Jacobs. jure suspicatur, *Μενεδ.* esse nomen equi, non epitheton. Nescio, quid contra hanc opinionem afferri possit, praesertim cum mos esset, in elogiis nomina equorum memoriae tradere. Tum etiam ex nominis collocatione mihi quidem apparere videtur, esse nomen proprium, non epitheton. Stephani apud Koehlerum l. c. nullis argumentis allatis Jacobsii conjecturam rejicit. Suidas quoque hoc epigramma commemorat sub: *Μενεδαῖος ἵππος*. *μενεδήϊος* equi epitheton est Il. *Μ*. 247. *Ν*. 228. Ap. Rh. II. 114.

---

1) Meineke anal. Alexandr. p. 54 *Δίας* a *δίομαι* fugare, ducit.

Κύδων Stat. Theb. VI. 465. Cydon nomen est in optimo codice (Puteano): tardumque Cydona. In codice Bambergensi est: tardum Calydona. *Κύδων* nomen ad gloriam victoriis comparatam pertinet, ut *Κυδίμαχος*, *Κυδικλῆς*, alia.

Hic *Ἀρείων* quoque ponam. Adrasti equus Il. *Ψ* 346. Antim. frgm. 20. 21. 33 (ed. Duebner.). Stat. Theb. VI. 501. 528. silv. I. 1. 52. Claudian. VIII. 555. XVII. 284. Mythogr. Vat. II. 119 Arion nomen est equi, quem primum Neptunus progenuisse dicitur, cf. supra Chiron p. 44. Arion Neptuni equus nominatur ab Hesychio quoque sub *Ἵππειος* et a Lactantio ad Stat. Theb. IV. 42. *Ἀρίων* scribitur Paus. VIII. 25. 7 et 9. Strabo IX. 404. Apd. III. 6. 7. Quintus Smyrn. IV. 569. In vase figuris nigris ornato quoque (C. J. G. 7642 = Arch. Zeit. 1866, tab. 209) *Ἀρίων* legitur et in alio collectionis Wuerzburg., cf. *Ξάνθος* p. 38. sq. — C. J. L. VI. 2. 10053. „Equus bellicosus". De eodem canis nomine dixi p. 16. In vase Corinthio perantiquo quoque, quod sub *Αἴθων* p. 35 commemoravi, *Ἀρίων* legendum esse mihi videtur. Scriptum est ΟΡΙϜΟΝ, quod vasis interpretatores *Ὠρίων* esse volunt. Sed cum omnia alia equorum nomina, quae in hoc vase leguntur (*Πόδαργος*, *Βαλίος*, *Ξάνθος*, *Αἴθων*) ex Homero sumpta sint, puto, Dorice scriptum esse hoc nomen pro *Ἀρίων*. Heydemann. in museo Rhenano 1881, p. 617 male scriptum esse *ο* pro *α* putat. Tum in Ptol. Heph. (ed. Westerm.) VII. p. 197 est: *ἐδωρήσατο αὐτῷ* (Mercurius Polluci) *δώτορα τὸν Θεσσαλὸν ἵππον*. Roulez (Ptol. Heph. excerpta p. 136 sq.) nomen *δώτορα* non rectum esse judicat. Itaque emendat: *ἐδωρήσατο αὐτῷ δῶρον τὸν Κύλλαρον ἵππον*, vel . . . *Ἀρίονα τὸν Θεσσαλὸν ἵππον*, cum equi noti nomen expectetur. *Ξάνθος* et *Κύλλαρος* nomina sunt equorum, quos Juno Castori dedisse dicitur, cum Mercurius ei equos *Φλογίος* et *Ἅρπαγος* nominatos dabat. Neutra Roulesii emendatio mihi placet. Certo

autem *Δώτωρ* equi nomen non est, sed corruptum.

Aut certae equi corporis partes nominibus laudantur:

Κύλλαρος in vase Corinthio perantiquo, cf. *Φοίτων* p. 40, ubi duo equi ex quattuor ita nominati sunt. Tum nomen legitur in amphora grandi Volc. in museo Vaticano (C. J. G. 8157 = Monum. inediti II, tab. XXII) et C. J. G. 8158, v. *Γλαῦκος* p. 38. E. M. 544. 54 (Crameri anecd. Oxon. II. 456, Bergk. Poetae lyrici Graeci III. 205 sq.) Virg. Georg. III. 90. Stat. Theb. VI. 327. Silv. I. 1. 54. Valer. Flacc. I. 426. Propert. II. 6. 16. Martial. VIII. 21. 5. Claudian. VIII. 557. — Herodianus I. 194. 3 (ed. Lentz.) quoque hoc nomen inter nomina in *αρος* commemorat. In Etym. M. est interpretatio: *παρὰ τὸ κέλλειν ὅ ταχύς* (Lob. Proll. Path. 253: quod non male conjectum videtur). Sed nescio quomodo ex *κέλλειν* fieri possit *Κύλλαρος*. Mihi nomen a *κυλλός* inflexus, incurvus ducendum esse videtur. Hoc nomine igitur equus significatur, cujus spina est inflexa.

Χαῖτος in antiqua cotyle quae dicitur figuris nigris depicta, ubi *Εὐθοίας* quoque legitur cf. Benndorf. griech. und sicil. Vasenbilder tab. XIII. Nomen a *χαίτη* ducendum est, equi juba.

Podarces (*Ποδάρκης*) Stat. Theb. VI. 466. *ποδάρκης* est „cujus pedes sunt firmi". De hoc nomine Herodian. I. 80. 13 sqq. (ed. Lentz.) loquitur.

Aut equi a signo aliquo inusto nominabantur. Equis interdum signa inusta esse, constat. Suidas sub *Κοππατίας*: „Sic equos vocabant, qui notati erant elemento Koppa, ut Samphoras eos, qui notam Sampi habebant . . . . quidam vero „*Κοππατίαν*" interpretantur equum, qui solum ungulis tundit, temere quidem conjectantes. Neque enim „Bucephalos" nominamus, qui bovis caput habent, sed quibus talis nota inusta erat." — Alia quoque signa equis inurebantur. Salmas. ad Solin. p. 891 sq. Anacreontis (26. 12) affert: *ἐν ἰσχίοις μὲν ἵπποι πυρὸς*

χάραγμ' ἔχουσιν. Anguem equis inustum esse, multa vasa docent (cf. Heydemann. Vasensamml. zu Neapel No. 2857). — Littera *ϑ* (⁄) quoque saepe equis inurebatur (cf. Heydemann. l. c. No. 827. 1806. 1814. 1949. 1985. 2345. 2856. 2914.)

Βουκεφάλας Alexandri equus, cui mortuo urbem condidit, quae ab eo nomen accepit. Plut. Alex. 6. 44. 61. Strabo XVII. 698. Plinius h. a. VIII. 42. 64. Aelian. De n. a. VI. 44. In Hesychio quoque et in E. M. de hoc nomine dicitur (cf. schol. Aristoph. nub. 23).

Σκυφίος nomen equi est, quem Neptunus progenuisse dicitur. Schol. Pind. Pyth. IV. 246: *Καὶ Ποσειδῶνος Πετραίου.. ἡ γῆ ἀνέδωκεν ἵππον πρῶτον ὃν ἐπωνόμασε Σκυφίον.* In Tzetz. schol. ad Lycophron. 766 quoque *Σκυφίος* est huius equi nomen. — Lactantius ad Stat. Theb. IV. 42 duo nomina affert: Arion et Scyphus. Mythograph. Vat. II. 119 (De certamine Neptuni et Minervae): Equum autem a Neptuno progenitum alii Scitium, alii Chironem, alii Arionem appellant. In E. M. 473. 42 equus Neptuni *Σίσυφος* nominatur. Hesychius sub *Ἵππειος* dicit, Neptunum equos progenuisse *Ἀρίωνα σκυφιπήγασον* (codd.) M. Schmidtius recte emendat: *Ἀρίωνα Σκύφιον* (*Σκυφίον*) *Πήγασον.* Cum apud Herodianum I. 127. 7 quoque *Σκυφίος* nomen sit, non est dubium quin in Lactantio, in Myth. Vat., in E. M. emendandum sit. Preller. Mythol. I. p. 369 hoc nomen a *σκύφος* ducit, aut quod poculum aquae imago sit, aut quod poculi signum equo inustum erat. Quae ita conjungo, ut dicam: Poculi signum equo inustum erat, quod poculum aquae imago est. Ita *Ἀλάστωρ*, Plutonis equus, „Ditis nota signatus“ erat. cf. p. 38.

Σῆμος. In tabula fictili musei Berolinensis (No. 1820) figuris nigris ornata *Σεμος* legitur, v. *Καλλιφόρας* p. 43, et in vase figuris nigris ornato (C. J. G. 8155 = Gerhard. Auserl. Vasenb. II. t. 107, p. 82, cf. *Πυρροκόμη* p. 36. *Σᾶμος* equi nomen Paus. VI. 10. 6 exstat: Dorice dictum

est, cf. Ahrens de dialecto Dorica II. 559 sq. Nomen aut significat: „cui insigne (inustum vel genitivum) est", aut „excellens, praestans".

Ad sonitum, qualis auditur, cum tonat, pertinent nomina: *Βρόντη*: Solis equus. Locos supra attuli.

Κόναβος Quint. Smyrn. VIII. 242: Martis equus. *κόναβος* est strepitus, sonus.

Nomen equae *Παρθενία* Paus. VI. 27. 1 fortasse ad florentem aetatem pertinet. „Virginea": cf. *Ἐρίφα* p. 43.

Panchates (*Παγχάτης*) equi nomen est Sil. Pun. XVI. 349. Nomen equum significat, qui omnia flagitat, i. e. fortasse edacem.

Λυσίπολις equi nomen est in vase, quod describitur Mitteil. des archaeol. Instituts in Athen 1879, tab. XVIII, ubi *Φοίτων* et *Κύλλαρος* quoque equorum nomina leguntur. Nescio, quam ad rem hoc nomen spectet.

Πήγασος nomen equi est in anthol. Pal. IX. 21, et Pegasus C. J. L. VI. 2. 10052 et 10053. Hoc nomen a mythico Pegaso repetitum est, de quo infra pauca dicam.

Ἐγκέλαδος quoque (Schol. Il. N. 23 Neptuni equus) ab Encelado gigante illo mythico nominatus est. Eustath. p. 918, 16 nomen interpretatur: *διὰ τὸν κελάδοντα πόντον*.

Non raro equi, ut canes, a gente nominabantur, aut nomina montium et fluminum iis indebantur. Oppianus permulta equorum genera affert: equos Thessalicos, Thracios, Illyricos, Cappadoces, Parthicos, Libycos, Siculos, multos alios. De equis Nisaeis Suidas I. 1064 loquitur, et Hesychius „*Χαλαμβρίους ἵππους*" commemorat „*ἀπὸ τόπου τῆς Λιβύης*".

Aetolus (*Αἰτωλός*) Stat. Theb. IX. 284: Tydei equus. Equi Aetoli non praedicantur, neque ab Arriano, neque ab Oppiano. — Pelorus (*Πέλωρος*) Sil. Pun. XVI. 356. Nomen a „*Πέλωρον*" ductum est, quod est Siciliae promunturium. Salmasius quoque ad Solinum p. 936 nomen ita interpretatur.

—

Πελώριος equi nomen est in Porphyrii monumento, v. *Πύρρος* p. 36. — Caucasus (*Καύκασος*) quoque apud Silium XVI. 375 nomen equi est.

Pholoe (*Φολόη*): Stat. Theb. VI. 461. *Φολόη* est nomen urbis Arcadiae et montis inter Arcadiam et Elidem siti (*ἀπὸ Φόλου τοῦ Κενταύρου*). Feminae quoque nomen est.

Strymon (*Στρυμών*) Stat. Theb. VI. 464. *Στρυμών* nomen fluminis rapidissimi est. Fortasse igitur nomen equi simul ad celeritatem spectat.

Τορκουᾶτος et *Ἀκυλοῖνος* nomina equorum sunt in titulo, qui est C. J. G. 7284, cf. *Ἀλκίμας* p. 44, et *Ῥαδιᾶτος* equi nomen est (bullet. dell' inst. 1863, p. 123) in monumento Porphyrii, cf. *Πύρρος* p. 36. *Ἀκυλοῖνος* falso scriptum est pro *Ἀκυλεῖνος* (viri nomen C. J. G. 6200). Recentissimis igitur temporibus Graeci interdum nomina equorum Latina in linguam suam translata adhibebant.

Restat, ut de mythici Pegasi nomine pauca dicam:

Πήγασος Hes. Theog. 281. Anthol. Planud. III. 62. 66. IV. 420. Ovid. metam. V. 261. Hyg. 32. 66. 119.

Hesiodus nomen a *πηγή* ducit (v. 282):

τῷ μὲν ἐπώνυμον ἦν, ὅτ' ἄρ' Ὠκεανοῦ περὶ πηγάς γένθ' . . . . .

Schol. Il. Z. 155: *Πήγασος· ὅτι ἐκπεπηδήκοι ἐκ τοῦ τῆς Γοργόνος τραχήλου.*

Kuhnius (Kuhn. Zeitschr. I. 461) existimat, *Πήγασος* a *πήγνυμι* ducendum esse, a quo verbo *πηγός* quoque „robustus" ortum sit, cum Hes. Theog. 285 sq. dicatur hic equus Jovi tonitrum et fulmen ferre:

Ζηνὸς δ' ἐν δώματι ναίει
βροντήν τε στεροπήν τε φέρων Διὶ μητιόεντι.

G. Hermann. opp. II. p. 180 sq.: *Πήγασος*, Pagulus, a verbo *πηγνύειν* dictus, quod est pangere: qui est navis: unde etiam equus, usitata translatione, vocatur, ut apud Plautum in Rudente: nempe equo ligneo per vias caerulas estis vectae.(!) — Lob. Technol. p. 207: non multum abest

quin contendam, *Πήγασος* ex „*Πήδασος*" ortum esse. Preller. griech. Myth. II. 55 (cf. I. 464 not.) longius de hoc nomine disseruit. Ei quoque *Πήγασος* ex *Πήδασος* ortum esse videtur. Sonne (Kuhn. Zeitschr. X. p. 176) explicare vult, *Πήδασον*, Achillis equum eundem esse atque *Πήγασον*, Jovis equum.

Saeculo secundo et tertio post Christum natum certa nominum equis indendorum ratio jam non exstitisse videtur. Ita C. J. L. VI. 2. 10053 equi nomen „Memnon" legitur. Equus igitur a noto Aurorae filio nomen accepit. Koehlerus quoque (opusc. III. p. 46) nomen equi „Achilles" commemorat. Nescio, num haec nomina equorum nominibus apud Graecos usitatis attribui possint. Certo autem mos, ut equis heroum nomina inderentur, aetate demum Romana exstitit. In cotyle Atheniensi igitur figuris nigris ornata, in qua viri et quadrigae insunt (Benndorf. griech. und sicil. Vasenbilder p. 24), nomen *Ἀχιλευς* nullo modo equi nomen esse potest. (Benndorf. „denn dass sich *Ἀχιλευς* auf das Pferd beziehe, ist zwar nicht undenkbar, aber wohl kaum wahrscheinlich). C. J. L. VI. 2. 10056 Phaedrus et Chrysippus et in Porphyrii monumento *Ἀριστείδης* nomina sunt equorum. Qui certo haec nomina a notis viris acceperunt. Talia quoque nomina recentissimis demum temporibus equis indita esse videntur. Nonnulla mira nomina sunt apud Raph. Fabrettium (inscr. ant p. 277). Et bona nomina in titulis ibi tractatis inveniuntur, ut *Νικηφόρος*, *Ἀεροπέτης*, Pegasus, de quibus supra dixi, et *Οἰκουμένη*, Aegis, Cotynos (fortasse a *κότυνα* excrementa ductum), Botrocalenus, alia. In Porphyrii monumento nomina *Ἁλιεύς*, *Ἀνθύπατος* (proconsul), *Κυναγός*, *Παλαιστινιάρχης* leguntur. In nummo apud Morellium (specimen rei nummariae tab. III) Amor et *Τοξότης* (*ΤΟΧΧΟΤΕΣ*) equorum sunt nomina. In opere musivo (E. Hübner. „Musaico di Barcellona raffigurante giuochi circensi" in ephemeride quae inscribitur „an-

nali dell' instituto" 1863) equis haec nomina sunt adscripta: Pyiripinus, Arpastus, Eufrata, Eustolus, Eridanus, Ispumosus, Pelops, Luxuriosus. Quorum duo tantum apta sunt: Pyiripinus (*Πυρίπνους*?) et Eustolus (*Εὔστολος*).

Βορυσθένης Hadriani equus: Cassius Dio 69. 10. Hesychius: *Βορυσθένης ὁ Ἑλλήσποντος, ἔστι δὲ καὶ ποταμός*. cf. Müllenhoff (Monatsber. der Berl. Acad. 1866, p. 574). Est nomen Scythicum in linguam Graecam translatum.

Πιτικίννας (C. J. G. 7113 = Tölken. Verzeichn. p. 355) quoque equi nomen esse videtur. In gemma est vir in equo sedens. Supra inscriptum est „*Πιτικίννας*". Fortasse *Πιτικίννας* ortum est ex *Ἐπιτικίννας* (ex *ἐπί* et *Τίκινος*, fluminis nomine, compositum). De defectu vocalis in initio verbi cf. Meister. Beitr. zur Kunde der ig. Sprachen V. p. 213, qui *Λάσιππος* pro *Ἐλάσιππος*, *Πινίκης* pro *Ἐπινίκης*, *Νήσιππος* pro *Ὀνήσιππος* multaque alia affert.

Δεῖμος et *Φόβος* ab Antimacho ad Il. *Δ*. 439 et *N*. 299 (Antim. frgm. 35, ed. Duebner.) falso equi Martis habentur. v. Lehrs. Aristarch. p. 177[3]. Servius quoque ad Virg. Georg. III. 91 (Martis equi bijuges, et magni currus Achillis) *Δεῖμος* et *Φόβος* adnotat. Quint. Smyrn. VIII, 242, eodem errore ductus, uni ex Martis equis nomen *Φόβος* indit.

Denique nonnulla nomina incerta afferam:

Antim. frgm 20 (ed. Duebner.) = Paus. VIII. 25. 9:

Ἄδρηστος Ταλαῷ' υἱὸς Κρηθηιάδαο
πρώτιστος Δαναῶν ἑὼ αἰνετὼ ἤλασεν ἵππω
Καῖρόν τε (Duebner. *Καιρόν τε*) *κραιπνὸν καὶ Ἀρίονα Θελπουσαῖον.*[1])

Il. *Ψ*. 346 *Ἀρίων* solum Adrasti equi nomen com-

1) In reliquiis hymni Alcmanis in Dioscuros ex sepulcris Aegyptiacis in lucem protractis (Bergk. poet. lyr. p. 834[3]) Bergk. „*Καιρόν*" equi nomen esse dicit, cui virginem aequiparet. Sed ipse haec incerta esse profitetur.

memoratur. Valckenarius dubitat, num *Καῖρος* equi nomen esse possit, quam ob rem *Κραιρόν* scribit. Jacobs. (ad anthol. Pal. p. 445) *Κίρκον* conjicit, quia „Caerus equus alibi non commemoratur." Recte dicit Duebner: „Verum alia multa equorum nomina semel modo in veterum monumentis inveniuntur. Satis erat aptum, equo esse nomen Caeri." Potest nomen contractum esse ex *Καιρο-σκόπος* e. g., „qui tempus opportunum (ad vincendum) speculatur." Apud Eustathium *Καῖρος* viri nomen est.

In vase, quod est apud Muellerum: Denkmäler der alten Kunst I tab. 19 (= Millingen: Peintures de vases grecques, pl. XX) et in quo personae (Eriphyle et Amphiaraus) et equi depicti sunt, est *ΚΑΛΟΠΑ*. Wieseler. (Zeitschr. für die Altertumswissenschaft 1847, p. 846) contendit, hoc esse nihil aliud, quam usitatum *καλὸς ὁ παῖς*, quod saepissime in vasis inscriptum est. Jahn. contra (Archaeol. Aufsätze p. 140) dicit, hoc esse equi nomen, et in eo nititur, quod in eodem vase *Καλλιφόρα* equi nomen est. Sed falso judicare Jahnius mihi videtur, nam *Καλοπα* et longo intervallo ab equis disjunctum est, et talis nominis fictio esse non potest. Joh. Franzius (C. J. G. 7711) *Καλώπα* vel *Καλιόπα* (velim *Καλλιόπα*) legit et suspicatur, hoc esse Eriphyles epitheton, cujus venustas marito persuasisset, ut Adrastum sequeretur. Idem putat Millingen. l. c.

In cotyle quae dicitur figuris nigris ornata *Εὐθοίας* equi nomen legitur, in eadem *Χαῖτος*, cf. p. 48. Puto male scriptum esse pro *Εὐθόας*, cum *Εὐθοίας* declarari non possit.

In vase figuris nigris ornato, ubi *Ἀρίων* quoque legitur (C. J. G. 7642 = Arch. Zeitung 1866, tab. 209) alterum equi nomen est, quod ab interpretatoribus *Πέρκος* legitur, quod ad nigrum colorem pertinet. Sed, ut nomen scriptum est, nullo modo *Πέρκος* esse potest, sed *Γέλκος*, quod nomen in vase musei Lugdunensis (v. infra: De

ceterarum pecudum nominibus p. 56) gallo quoque adscriptum est. Quid hoc nomen significet, nescio, neque corruptelam statuere possum.

In vase fig. nigr. musei Berolinensis (Gerhard. Auserl. Vasenb. IV, t. 249. 250, p. 18) tres equi et tres viri depicti sunt. Iis tria nomina sunt adscripta: *Σίμων*, *Εὔθος*, *Σίκων*. Quorum *Σίκων*, ut scriptum est, ad equum pertinere potest. Sed dubito, an verisimilius sit, hoc quoque nomen ad virum pertinere, ut omnes viri, equi omnino non nominentur, nam mirum est, trium equorum unum, trium virorum duos nomina habere. Tum *Σίκων* non rarum viri nomen est.

Duo nomina ita mutilata, ut restitui non possint, insunt in vase, in quo Martis equi a Phobo reguntur: Gerhard. Auserl. Vasenb. II, t. 122 et 123. Legi possunt litterae — *ΓΟΡΔ* — et — *HOKM* —

In nonnullis vasis ut hominibus equis quoque litterae additae sunt, quae non ad nomina conjungi possunt, sed quasi ornamenti causa inscriptae sunt. cf. Gerhard. Auserl. Vasenb. I, t. 61.

III. De ceterarum pecudum nominibus propriis. Accedunt nonnulla bestiarum nomina propria nobis tradita.

Pauca pecudum nomina canibus et equis exceptis nobis tradita sunt.[1]) Quod non mirum esse potest, neque enim putandum est, omnibus Graecis moris fuisse, ut ceteris pecudibus ut canibus et equis nomina propria inderent. Quodsi in vasis tauro vel alii pecudi nomen adscribitur, plerumque non est nomen proprium, sed appellativum: ut *ταῦρος* (e. g. Gerhard. Auserl. Vasenb. II. tab. 90 in vase fig. nigr. musei Wuerzburg., in quo Europa in tauro

1) Plurima eorum Keilius in analectis epigraphicis p, 191 not. collegit.

sedens depicta est), ὄνος monum. inedit. X. tab. LII, ὗς in vase, quod „François-Vase" appellatur. Titulis in lapidibus incisis canum et equorum nominibus exceptis pecudis nomen non est traditum.

Muli nomen in tabula figlina Attica musei Berolinensis nondum edita legitur. Reda duobus mulis juncta ibi depicta est et duo viri, quorum alter in mulis occupatus est, alter adstat. Alteri mulo nomen adscriptum est *Φαλίος*, dum alterius muli nominis duae tantum litterae supersunt . . ις. Tabula initio quinti saeculi a. Chr. n. facta esse videtur.

Gallorum nomina in vase Lugdunensi figuris nigris ornato quinti saeculi inveniuntur. Hoc quoque vas nondum est editum. O. Jahn. Vasensammlung p. CXVI, not. 843 de hoc vase dicit: „Die Namen der Hähne (*ΧΑΙΤΟΣ*, *ΠΕΧΚΟΣ*, *ΧΑΙΤΟΣ*, *ΣΦΕΚΙΣ*) auf einer vulcent. Vase mit schwarzen Figuren sind mir sehr bedenklich." Brevis vasis descriptio Luciani Bonapartii inest in bullet. dell' inst. 1829. p. 178. Tum Pleytius Lugdunensis Hirschfeldio interprete vasis exemplar et brevem relationem mihi misit. Pleytius existimat, certo nomina gallorum esse (quod ex exemplari apparet) et nihil esse in iis dubii. Caput picturae est Thesei et Minotauri pugna, infra hanc galli depicti sunt. Quorum duo inter se pugnant, duo quieti adstant. Nomina eorum sunt *Χαῖτος* (duo ita nominati sunt), quod nomen a *χαίτη* galli crista ducendum est (cf. equi nomen p. 48), *Γέλκος* (cf. equi nomen p. 54), *Σφῆκις*, quod nomen a σφήξ vespa ductum est. Huic vasi Lugdunensi simillima est hydria generis Corinthii (Monum. dell' inst. VI, tab. XV) figuris nigris ornata. cf. Arch. Zeit. 1859, No. 127 p. 99. Hic quoque Thesei et Minotauri pugna caput picturae est, gallis autem nomina non sunt inscripta. De gallorum pugnis cf. Roulez: Mélanges de philologie d'histoire et d'antiquités, Bruxelles 1838 (explication d'une peinture de vase rsprésentant un combat

de coqs). Gallos, quibus Graeci ad pugnandum utebantur, non raro nomina accepisse putandum est. Haec nomina igitur, quae in vase nobis tradita sunt, clarorum gallorum fuerint. Aliud galli nomen Ael. de n. a. XII. 37 et Athen. XIII. 606. 6 afferunt: *Κένταυρος*. Gallum ita nominatum vini minister Nicomedis Bithyniae regis possedisse dicitur.

Nonnulla caprarum et hircorum nomina Theocritus affert.[1]) Omnia ad colorem vel corporis aliquam partem spectant: *Κισσαίθα* I. 151. schol.: *ὄνομα αἰγός· ἐκ τοῦ κισσοῦ καὶ τοῦ αἴθω, ἡ κισσὸν λευκὸν κατανεμομένη. Αἶθον γὰρ τὸ λαμπρὸν, ἐκ δὲ τοῦ λαμπροῦ γίνεται μεταληπτικῶς τὸ λευκόν.* Erravisse scholiasta mihi videtur: non quia hederae foliis vescebatur capra *Κισσαίθα* nominata est, sed quia alba erat ut hedera. *Κνάκων* III. 5. schol. *Κνάκωνα· τὸν λευκὸν τράγον. κνηκός* est fulvus. *Φάλαρος* V. 103. schol. *ὁ λευκὸς κριός. Λευκίτας* V. 147. *Κώναρος* V. 102. Secundum scholiastam: cujus cornua conorum formam habent. *Κυναίθα* V. 102 (schol. *Κιναίθα*). Benseler. = Geilfuss? De *κίναιθος* cogitat? Forma *Κιναίθα*, quam Fritzchius quoque in textum recepit, praeferenda esse videtur. Fortasse *αίθα* ut suffixum nulla significatione adhibita additum est, ut capra mobilis hoc nomine significetur.

Valckenar. in epist. ad Roeverum (opusc. I. 335) Theocr. VIII. 86 *Μιτύλαν* caprae nomen esse existimat, non recte. Verba sunt:

τήναν τὰν μιτύλαν δωσῶ τὰ δίδακτρά τοι αἶγα.

μιτύλαν igitur hic adjectivi loco est.

---

1) De quibus Valckenarius epist. ad Roeverum (opusc. I. 333 sq.) hoc dicit: Simplicitas naturae et merum rus mihi quidem in Theocrito nunquam displicuere; sed umbratiles non placent ineptiae. E multis unum judicium attingam, quo se prodiderit sorex Quae hodiedum nostratibus, eadem Siculis fuit rusticis et Italicis consuetudo, ut animalia suis nominibus, potissimum a colore ductis internoscerent, et, veluti sui essent generis, familiariter alloquerentur . . . . .

Caprae quoque, quae Jovem nutrivisse dicitur nomen *Ἀμάλθεια* hic commemoro. Loci, in quibus *Ἀμάλθεια* nominatur, a Pape-Benseler sunt collati. Nominis interpretatio est in Et. M. 76. 33: *εἰσὶ δ'οἵ φασι παραπεπλάσθαι τὸ ὄνομα. εἶναι γὰρ αὐτὴν ἀμαλακιστίαν· παρὰ τὸ μὴ μαλάσσεσθαι καὶ ταπεινοῦσθαι.* Hanc interpretationem ineptam esse, dicere non oportet. Sed quae nominis etymologia sit, non constat. Videtur autem ex lingua Graeca nominis origo duci non posse.

Tum duo vitulorum nomina a Theocrito commemorantur: *Λέπαργος* IV. 45. Schol.: *λέπαργος δὲ ὁ λευκός ἢ ὁ λευκοποίκιλος ἢ ὁ λευκόπλευρος.* Hesych. *λεπάργου βοός· τοῦ λαπάρας λευκὰς ἔχοντος ἢ ὅλον τὸ δέρμα.* Praecipue asinus „*λέπαργος*" vocatur.

Κυμαίθα IV. 46. Schol. *Κυμαίθα· ὄνομα βοὸς καὶ αἰγός(?). παρὰ τὴν κώμυθα(?) ἢ παρὰ τὸ αἴθη καὶ τὸ κόμη, ἡ τὰς κόμας αἴθας ἔχουσα, τουτέστι ξανθάς.* Haec etymologia vera esse potest. Pape-Benseler.: Fortasse a *κῦμα* = *κύημα*, cyma, quod est turio?

Denique tauri quoque nomen est apud Theocr. XXV. 139: Unus ex Augiae tauris ab albo et candente colore *Φαέθων* nominatus est.

Asini nomen a Plutarcho Anton. 65 commemoratur. Asinarius Augusto obviam venienti dicit: *Ἐμοὶ μὲν Εὔτυχος ὄνομα, τῷ δὲ ὄνῳ Νίκων.*

Per appendicem nonnulla bestiarum nomina nobis tradita afferam: Quinque elephantorum nomina Jacobs. ad Aelianum de n. a. XI. 14 collegit: *Νίκων*, Pyrrhi elephas, Plut. Pyrrh. 33. — *Αἴας* Pori: Philostr. *τὰ εἰς Τυανέα Ἀπολλώνιον* II. 13 et 23. Aelian. de n. a. XI. 14. — Surus(?), Ajax, Patroclus elephantorum nomina Plin. H. N. VIII. 5 commemorantur: „Antipater auctor est, duos Antiocho regi in bellicis usibus celebres etiam cognominibus fuisse, etenim novere ea. Certe Cato, cum imperatorum nomina annalibus detraxerit, eum qui

fortissime proeliatus esset in Punica acie, Surum tradidit vocatum altero dente mutilato. Antiocho vadum fluminis experienti renuit Ajax, alioqui dux agminis semper“. Mos igitur, ut bestiae clarorum virorum nomina acciperent, extra Graeciam mature exstitit. In Graecia hic mos omnino non fuisse videtur (cf. equorum nomina p. 52).

Ἀκινάκης leonis nomen, quem Antoninus possedit, a Cassio Dione 78,7 commemoratur. *ἀκινάκης* est Persarum gladius.

Nomina duorum Valentiniani imperatoris ursorum, quibus homines dilacerandi obiciebantur, Ammianus Marcellinus XXIX. affert: Mica (aurea) et Innocentia (!).

Πόρκης et *Χαρίβοια* nomina sunt anguium, qui Laocoontem et filios eius necaverunt: v. schol. Tzetz. Lycophr. ad v. 344.

Mirabile est, quod Martialis de piscibus Domitiani, quos in lacu Bajano aluit, narrat:

IV. 30. v. 5 sq.: Quid, quod nomen habent et ad magistri
Vocem quisque sui venit citatus?

IV. De formatione nominum pecudum domesticarum.

In formatione nominum pecudum prorsus secutus sum Fickii librum, qui inscribitur „Die griechischen Personennamen.“ Ut virorum et feminarum nominum pecudum quoque tria sunt genera:

1. Nomina composita vel integra, quae Fick „Vollnamen“ appellat, ut *Σύαγρος*, *Ἰχνοβάτης*, *Εὔδρομος*.

Tum quae ex iis contracta sunt (Kose-vel Kurznamen), ut *Ἄγρη*, *Ἰχνεύς*, *Δρόμος*. Nomina ex nominibus contracta ita orta sunt, ut pars nominis compositi dimitteretur eaque, quae detinebatur, per se ipsa nomen fieret. Plerumque pars prior nominis compositi detinebatur. Ex qua novum nomen fingebatur aut nullo suffixo aut certis appositis. Sed interdum prior pars nominis dimittebatur

et posterior relinquebatur. In nonnullis nominibus dici non potest, utrum ex priore an ex posteriore nominis compositi parte orta sint, praesertim cum nomina composita saepe desint. Pauca hic afferam, quae et ex priore et ex posteriore parte orta esse possunt: canum nomina *Ἄργος* (*Πόδ-αργος*, *Ἀργί-πους*), *Φίλη* (*Πασί-φιλος*, *Φιλό-φρων*), equorum: *Ἀρέτη* (*Φιλ-αρέτη*, *Ἀρετα-φίλη*). De aliis autem nominibus non est dubitandum, quin ex parte posteriore orta sint. Hic afferam canum nomina *Ἄγρη* (*Φίλ-αγρος*, *Θήρ-αγρος*, *Σύ-αγρος*), *Αἵμων* (*Ἰσό-αιμος*, *Ὅμ-αιμος*) *Δρόμος* (*Εὔ-δρομος*, *Ὠκύ-δρομος*).

Cui generi ea quoque nomina attribuenda sunt, quae participia sunt, nominibus compositis autem se applicant, ut *Θέων*, *Καίνων*, *Σπέρχων*.

Hic ea quoque nomina pono, quae ab aliis bestiis vel rebus repetita esse videntur, sed certo ex nominibus compositis contracta sunt, quamvis haec minimam tantum partem nobis tradita sint. Nam omnia ad certam modo pecudum partem aliis bestiis vel rebus similem spectant, tertium igitur comparationis dimittebatur. Ut nomen *Κόραξ* ad colorem pertinet. Nomen compositum *Κορακο-ειδής* esse potest, nominis *Αὔρα*, quod ad celeritatem spectat, *Αὐρι-βάτης* etc.

„Zweistämmige Kosenamen", quae Fick. appellat et quae p. XV sq. tractat, inter pecudum nomina non reperiuntur, excepto *Ἄστος* canis nomine (ex *Ἄ-στομος* orto, cf. p. 29).

2. Nomina a certis rebus repetita, quae Fick „übertragene oder identificierende Namen" appellat. Canum nomina *Πόρπαξ* et *Στύραξ* huc spectant, fortasse etiam *Αἰχμή*, *Λογχή*, *Λόχος*, *Τάξις*, *Ξίφων*. *Λάδων* canis nomen a mythico Ladone repetitum esse videtur, ut equorum nomina *Ἀλάστωρ* et *Χείρων* a monstris ita nominatis.

3. Nomina ab aliis nominibus ducta, ut *Ἀρκάς*, *Κύπριος*, *Λάκων*.

V. De accentibus nominum pecudum domesticarum.

In capite, quod de accentibus est Lehrsii libri, qui inscribitur: „De Aristarchi studiis Homericis“ multa insunt, quae ad pecudum nominum accentus pertinent et quae in hac tractatione saepius respiciam.

Ut formatio nominum pecudum, ita accentus a virorum et feminarum nominibus non discrepant. Atque cum longe plurima nomina accentus regulas vulgares sequantur, ad ea tantum animum referre necesse est, quae ex nominibus compositis contracta sunt nullo suffixo apposito. De his nominibus Fickius p. XVIII hoc dicit: „Am häufigsten endet der erste Vollnamenstamm auf *o* aus; daher finden wir denn auch eine Menge Kosenamen auf *ος*, welche nur die selbständig flectierten Anfangselemente der entsprechenden Vollnamengruppen sind. Um diese meistens mit den wirklich echten Bestandteilen der Vollnamen lautlich zusammenfallenden Kosenamen vor dem Missverständnis zu schützen, als beständen sie in Wahrheit für sich selbst ohne Anlehnung an die entsprechenden zweistämmigen Namen, haben die Griechen die sinnreiche Auskunft ergriffen, die fraglichen Kosenamen für die weitaus grösste Zahl der Fälle durch den Accent von den betreffenden Wörtern der Sprache zu scheiden, indem der Kosename durchweg den Accent zurückzieht, während das entsprechende selbständige Wort meist am Ende betont wird. So sind die Namen *Γλαῦκος*, *Γόργος*, *Πύρρος*, Koseformen zu *Γλαύκ-ιππος*, *Γόργ-ιππος*, *Πύρρ-ανδρος*, deutlich von den Adjectiven *γλαυκός*, *γοργός* *πυρρός* geschieden und nur bei völligem Mangel an Einsicht in die griechische Namenbildung könnte man sie mit denselben schlechthin identificieren wollen.“ — In quo id non probo, quod Fickius dicere videtur, ob eam modo causam nomina propria contracta a liberis nominibus accentu distincta fuisse, ne suspicio

oreretur, ea nomina propria non ex compositis contracta esse. Mihi videtur ex nomine composito *Γόργ-ιππος* nullo suffixo apposito nomen non contrahi potuisse, nisi *Γόργος* barytonon, accento adjectivi *γοργός* omnino non respecto, ut id discrimen per se ipsum ortum sit.

Sed videamus, quatenus regulae ab Herodiano positae cum Fickii sententia consentiant atque omnino ad pecudum nomina pertineant:

a) Nomina contracta, quae nominum compositorum eam partem retinent, quae nomen adjectivum est. Huc spectant canum nomina: *Ἄργος, Γόργος, Θόος, Κίρρα, Λάμπος, Πύρρος, Στέρρος, Στίκτη, Φρούρα, Βαλίος, Δρομίος, Παχύλος* — equorum: *Αἴθη, Ἄργος, Γλαῦκος, Δεῖνος, Θόη, Ἴλαρος, Λάμπος, Ξάνθος, Πίστος, Πύρρος, Βαλίος, Φαλίος, Σθενίος, Σκυφίος, Φλογίος, Χθονίος* — *Φαλίος* muli nomen. — Quorum haec Herodianus (ed. Aug. Lentz.) testatur accentus retrahere:

Canum: *Ἄργος* II. 3. 13. *Γόργος* II. 3. 12. *Θόος* II. 4. 29. *Κίρρα* (oppidi nomen I. 266. 11 et saepius), *Λάμπος* II. 3. 40, *Πύρρος* II. 4. 2, *Φρούρα* (*Φροῦρος*) II. 3. 43. — *Βαλίος* I. 123. 17, *Δρομίος* I. 125. 19 sqq. (*τὰ διὰ τοῦ ιος τριβράχεα ἐπὶ κυρίων παροξύνεται, οἷον Σχεδίος, Χρομίος* etc., *ἀντιπίπτουσι δὲ κατὰ παράδοσιν τὸ Ἅλιος, Ἄνιος, Ξένιος, Κρόνιος, Ὕπιος*), *Παχύλος* I. 164. 10 sqq. (*τὰ διὰ τοῦ υλος τριβράχεα, εἰ ἔχοι ἐν τῇ τρίτῃ συλλαβῇ ῑ, προπαροξύνεται, εἰ δὲ μὴ οὕτως ἔχοντα, παροξύνεται, εἰ μὴ εἴη παρώνυμον ἐν ἰσοσυλλάβοις*).

Equorum: *Ἄργος, Λάμπος, Πύρρος, Γλαῦκος* II. 4. 36. II. 526. 25, *Ξάνθος* I. 145. 5. II. 526. 25, *Θόη, Φλογίος* II. 601. 12. II. 3. 3. I. 118. 5, *Βαλίος, Σθενίος, Χθονίος* I. 125. 19 sqq. — *Σκυφίος* I. 125. 7. II. 3. 6. II. 444. 1. — Canum nomina *Στέρρος* et *Στίκτη* testimoniis non confirmantur, equorum *Αἴθη, Δεῖνος, Ἴλαρος, Πίστος*. Sed quamquam haec nomina fragmentis, quae Lentzius Herodiano attribuit, non continentur, nemo erit qui du-

bitet, quin in his quoque accentum retrahendum sit. Sic *Πόλυς* quoque canis nomen scribendum est ex *Πολυαίνετος* vel ex simili nomine composito contractum.

Hic de equi nomine *Εὐτυχης* quoque pauca dicam, quamquam hoc nomen non contractum est, sed compositum. Utrum in hoc nomine, quo recentissimis tantum temporibus Graeci utebantur, accentus in ultima syllaba retinendus est, an in adjectivi discrimen in penultimam retrahendus? Herodianus I. 82. 2 *Εὐμενής* modo affert, quod non, ut cetera, accentum retrahat, sed in ultima syllaba retineat. Lentzius autem ex Eustathio p. 582. 32, E. M. 435. 40, Choerobosco 177. 21 compluria addit, inter quae *Εὐτυχής* quoque est, ut non dubitandum sit, quin *Εὐτυχής* nomen proprium adjectivi accentum retineat. cf. Lehrs. Arist. p. 275[3] et quaest. epp. p. 150.

b) Nomina contracta, quae nominum compositorum eam partem retinent, quae nomen appellativum est.

α) Feminina in *α* vel *η*. De his disseruit Lehrs. l. c. p. 264. — Herodian. II. 6. 20: *Κραυγή, Κραύγη δὲ τὸ κύριον.* Dubitat Lehrsius, ab Herodiano canis nomen significari. Sed quoniam canum nomina a virorum et feminarum omnino non differunt, nihil interest, utrum feminae an canis nomen significetur. Cetera canum nomina, quae Xenophon affert (*Αἰχμη, Ἀλκη, Ὀργη, Ὁρμη, Σπουδη, Χαρα, Ψυχη*), quem accentum habeant, ab Herodiano non discimus. In codicibus omnia nomina eisdem accentibus scribuntur, atque nomina appellativa, sed *Κραυγή* quoque scribitur, non *Κραύγη*, quod Herodianus praescribit, *Λόγχη*, non *Λογχή* (de quo nomine paulo infra dicam). Schol. Eur. Phoen. 3 *Ἀστραπή* scribitur, non *Ἀστράπη* (cum Herodianus praecipiat, *Στερόπη* scribendum esse, non dubitandum est, *Ἀστράπη* quoque oxytonos scribere). Codicum igitur auctoritas in horum nominum accentibus nihili aestimanda mihi videtur. Quamobrem nihil obstat, quin *Αἴχμη, Ἄλκη, Ὄργη, Ὅρμη*,

Σπούδη, *Χάρα*, *Ψύχη* scribamus, praesertim cum haec nomina ex compositis contracta esse viderimus et e. g. *Αἰχμό-δικος* non in *Αἰχμή* contrahi potuerit, sed in *Αἴχμη*. Ceterum Herod. I. 309. 17 docet: *τὰ εἰς γη δισύλλαβα ἔχοντα τὴν πρώτην εἰς σύμφωνον λήγουσαν, προσηγορικὰ ὄντα ὀξύνεται, τὰ δὲ κύρια βαρύνεται.* Secundum hanc regulam quoque igitur *Ὄργη* scribendum est, et ex *Παραψύχη* (Herod. II. 6. 30) apparet, non posse *Ψυχή* scribi, sed *Ψύχη*.

Herod. I. 346. 23 et II. 6. 32 est: *λόγχη, τὸ δὲ Λογχή κύριον.* De hac mirabili exceptione melius dici non potest, quam quod Lehrsius l. c. dixit: „Ut valde miraremur, si scriptum esset, quod item canis nomen est *Ῥώμη*, hoc igitur si scriptum esset *Ῥωμή*, sic *Λογχή* proprium nobis „in insolubilibus“.“ — Tum *Κανάχη* scribere non dubito, canis nomen apud Ovidium et Hyginum, ex nomine *Καναχήπους* vel ex simili contractum, praesertim cum Herodianus I. 346. 25 doceat: *τὰ εἰς χη ὑπερδισύλλαβα εἰς α ἢ υ παραληγόμενα, εἰ μὴ κύρια εἴη, ὀξύνεται.* — *Στερόπη* scribendum esse Herodianus docet I. 339. 1. *Ἀστράπη* quoque igitur barytonos scribendum est.

Βρόντη scribendum esse ex eo quod supra dixi apparebit, ut *Ἀρέτη* (sic Plut. Timol. 33 codices scribunt, *Ἀρετή* contra Dio 58, cf. Lehrs. l. c. p. 283), ex *Ἀρεταφίλα* vel *Φιλ-αρέτη* contractum.

Quod Lehrsius p. 282 dicit, *Αὔγη* non ab *αὐγή* ductum, sed formam muliebrem esse ejus qui sit *Αὐγέας* (idem de *Ἀρέτη* dicit p. 283, de *Ἄλκη* p. 284), jam vidit vir praestantissimus, nomen proprium non idem esse atque appellativum, sed illud alia quadam ratione ortum esse.

β) Masculina in *ος*. — Equi nomen *Καιρος* et canis *Θυμος* tantum hic afferenda sunt, quae *Καῖρος* et *Θύμος* scribere non dubito analogiam nominis *Κάρπος* (E. M. 492. 20) secutus. De *Θύμος* docet Herodianus I. 169. 12:

θυμός, θύμος δὲ τὸ κύριον ἢ ἡ βοτάνη. Lentz. et Schmidt. pro *κύριον* scribunt *μόριον*. L. dicit, non esse verisimile, *Θυμος* nomen proprium *παροξυτόνως* dictum esse, cum paulo post *Δρυμός* nomen proprium sit. Sed cum Herodianus dicat et confirmet, *Δρυμός*, etiamsi nomen proprium sit, oxytonon esse (*τὸ δὲ Δρυμὸς καὶ ἐπὶ τοῦ κυρίου καὶ προσηγορικοῦ ὀξύνεται*), existimo, eum hoc etiam de *Θυμος* dicturum fuisse, si oxytonon esset. Licet igitur conjectura justa sit, non sequitur, ab Herodiano *Θυμος* nomen proprium oxytonon habitum esse. *Θύμος* scribo.

γ) Nomina tertiae quae dicitur declinationis. Hic *Αἴθηρ* tantum, equi et canis nomen, afferendum est. Hoc nomen *Αἰθήρ* scribendum esse ex eo sequitur, quod Herodianus II. 6. 24 dicit: *τὰ εἰς ηρ ἐθνικὰ ἢ κύρια μὴ συνεμπίπτοντα τοῖς προσηγορικοῖς βαρύνεται*.



Theses.

1. Theocr. Id. XXIV., 68 sqq. ita legendum est:

καὶ ὡς οὐκ ἔστιν ἀλύξαι
ἀνθρώποις, ὅ τι Μοῖρα κατὰ κλωστῆρος ἐπείγει,
Εὐηρηιάδα, μάλα σε φρονέοντα διδάσκω.

Tali modo interpungenti non opus est conjectura Hermanni, post v. 69 versum excidisse.

2. Lucian. Charon cap. 2 lege:

καὶ . . . . αὐτὸν κωλύσει εἴργειν (pro *ἐνεργεῖν*) *τὰ τοῦ θανάτου ἔργα, καὶ . . . . Πλούτωνα ζημιοῦν.*

3. Plat. Cratyl. 399 *B.* recte Hirschig emendat, cum *ἄλλων — φθεγγόμεθα* delendum et in sequenti *τοῦτο τοίνυν* pro *τούτων τοίνυν ἓν* scribendum proponat.



Vita.

Natus sum Fridericus Jeschonnek Biallae in oppido Prussiae orientalis a. d. IX. Kal. Octobr. 1862 patre Augusto, matre Laura de gente Gronwald, quos adhuc vivos colo. Fidem profiteor evangelicam. Primis quidem elementis litterarum domi imbutus sum, deinde gymnasium frequentavi Lyccense, quod tum floruit auspiciis Hampkii directoris. Cum in prima gymnasii classe essem, Eduardus Kammer successit, cui permultum debeo. Anni 1881 exitu maturitatis testimonium adeptus sum. Tum in academia Regimontana philologiae et archaeologiae studui per septem semestria; quattuor semestria proseminarii, tria seminarii sodalis fui, necnon archaeologicis exercitationibus interfui. Docuerunt me viri hi illustrissimi:

Bezzenberger, *Dehio*, *Friedlaender*, *Garbe*, *Hirschfeld*, *Jeep*, *Jordan*, *Ludwich*, *Rühl*, *Schade*, *Thiele*, *Walter*,

quibus omnibus gratias habeo quam maximas, inprimis autem *Arthuro Ludwich* et *Gustavo Hirschfeld*.

Examen rigorosum absolvi a. d. V. Kal. Majas 1885.